

U

DAD AUTÓNOMA



EXCITATION

D6

L3


C1

NOVA

10195




1080020540



EX LIBRIS  
HEMETHERII VALVERDE TELLEZ

Episcopi Leonensis

UNIVERSITAD ALTA DE SANTO TORIBIO  
DE LUGO





Capilla Atonisina

Biblioteca Universitaria

Colección ascética.

N.º 12.º y 1.º LATINO.

PISSIMA

ERGA

DEI GENITRICEM

DEVOTIO

AD IMPETRANDAM GRATIAM

PRO ARTICULO MORTIS.

*Et aliæ, ut infra videri licet.*



44297

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

VALENCIA:

Imprenta de JAIME MARTÍNEZ, calle de  
la Bolsería. Año 1836.

UNIVERSIDAD DE NUEVO LEÓN

Biblioteca Valverde y Tello

BX 2170

• 06

£ 3 MATERIALES DE LA

Se hallará este librito juntamente con los demás números y tomitos de la Colección ascética, en Valencia en la librería de Estévan Gil, plaza de S. Bartolomé n.º 4 frente á la iglesia y casa del Real Patrimonio. Madrid en la de Gonzalez, calle del Ato, detrás de los Gremios, y en algunas capitales de provincia.

Han sido dados a petición del editor 350 días de indulgencia por cada salmo, himno y oración que se recite de este libro, rogando a Dios nuestro Señor por las necesidades de la Iglesia y del Estado. Precio de este n.º 12.<sup>o</sup> en Valencia doce cuartos al arácnico, y tres reales en pesetas.

FONDO EMETERIO  
VALVERDE Y TELL



## DE CULTU

B. V. MARIE.

B. VIRGO CUR COLEND<sup>A</sup>?

1. Quia *Mater Dei est. Electa*  
est Maria ab aeterno Patre, ut illius,  
esset Filia; expedita á Filió, ut  
illius esset Mater; exquisita á Spi-  
ritu Sancto, nt illius esset Sponsa,  
sicut ergo major gratia excogitari  
nequit, quām esse Filiam aeterni  
Patris, Matrem Filii, Sponsam Spi-  
ritus Sancti; ita nulla creatura ma-  
jori digna est honore, quām Ma-  
ria; siquidem ipsa est, qua maior-  
rem facere Deus non potest, ma-  
jorem facere mundum posset, ma-  
jorem Matrem; quām Matrem  
Dei facere non potest. *S. Bona-*

BX 2170

• 06

£ 3 MATERIALES Y LIBROS

Se hallará este librito juntamente con los demás números y tomitos de la Colección ascética, en Valencia en la librería de Estévan Gil, plaza de S. Bartolomé n.º 4 frente á la iglesia y casa del Real Patrimonio. Madrid en la de Gonzalez, calle del Ato, detrás de los Gremios, y en algunas capitales de provincia.

Han sido dados a petición del editor 350 días de indulgencia por cada salmo, himno y oración que se recite de este libro, rogando a Dios nuestro Señor por las necesidades de la Iglesia y del Estado. Precio de este n.º 12.<sup>o</sup> en Valencia doce cuartos al arácnico, y tres reales en pesetas.

FONDO EMETERIO  
VALVERDE Y TELL



## DE CULTU

B. V. MARIE.

B. VIRGO CUR COLEND<sup>A</sup>?

1. Quia *Mater Dei est. Electa*  
est Maria ab aeterno Patre, ut illius,  
esset Filia; expedita á Filió, ut  
illius esset Mater; exquisita á Spi-  
ritu Sancto, nt illius esset Sponsa,  
sicut ergo major gratia excogitari  
nequit, quām esse Filiam aeterni  
Patris, Matrem Filii, Sponsam Spi-  
ritus Sancti; ita nulla creatura ma-  
jori digna est honore, quām Ma-  
ria; siquidem ipsa est, qua maior-  
rem facere Deus non potest, ma-  
jorem facere mundum posset, ma-  
jorem Matrem; quām Matrem  
Dei facere non potest. *S. Bona-*

*vent.* vide jam, quanto honore digna sit Maria.

2. Quia *Mater nostra est*, dixit enim Christus in cruce pendens ad Joannem, qui universi humani generis vices gerebat: *ecce Mater tua!* nemo ergo negabit, matrem nostram esse Mariam; cum et ipsa sub cruce nos genuit: si ergo, qui honorat patrem suum et matrem suam, longævus erit super terram, ut ait Dominus; quid non obtinebis tu, qui honoras Mariam, quæ et Mater tua et Mater Dei est?

3. Quia *Advocata nostra est*, habet homo mediatorem causæ suæ, filium ante Patrem, et ante filium Matrem; Christus Patri ostendit latus et vulnera; Maria Christo pectus et ubera: nec potest ullo modo esse repulsa, ubi concurrunt, et orant omni lingua disertius hæc clementiæ monu-

menta, et charitatis insignia. *S. Arnold.*

4. Quia est *Domina et Regina nostra*, ita probat *S. Rupertus*: prædicabitur de te, quod sis Mater Christi, et proinde Regina cœlorum, quia totum jure possides filii regnum. Si ergo aulici suam adeò honorant Reginam: quantò magis honorare debes Mariam, Reginam cœli et terra?

5. Quia *Christus sibi reputat exhibitum honorem*, quemcumque exhibueris suæ Matri; ita patet ex verbis Christi: quamdiu, ait, uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. *Math. 25.* quanto magis sibi reputabit præstitutum honorem, quem præstas suæ Matri?

6. Quia *Adjutrix nostræ redempcionis est*, præclare ad rem ait *S. Anton.* sicut Christus nos genuit verbo veritatis ad esse spi-

rituale, in cruce patiendo; ita B. Virgo nos genuit et peperit in maximis doloribus, filio compatiendo; cùm ergo amor non nisi conienseretur amore; facile colligere potes, quantum amoris et honoris debetas Mariæ.

7. Quia potest juvare, sicut à Patre, filio; ita à filio, Matri data est omnis potestas in cœlo, et in terra, qui ergo non poterit juvare? si olim Salomon ad Bethsabeam dixit: pete Mater mea, neque enim fas est, ut avertam faciem tuam. 3. Reg. 2. quantò magis id dicet Christus ad Matrem suam, quid enim negabit Christus Matri suæ, cui debet, quod sit homo? sicut Christus accepit ab illa esse naturale, id est humanam naturam; ita vult nos accipere ab illa esse supernaturale, id est, gratiam Divinam, ita testatur ipsa Mater Dei; qui me invenerit, inve-

niet vitam et salutem à Domino.  
Prov. 8. Pulsate ergo, et aperi-  
tur vobis sinus maternæ pietatis.

8. Quia vult juvare, nam adeò  
pietate replentur ubera tua, O  
Virgo, ut alicujus miseriae notitia  
tacta, lac fundant misericordiæ,  
nec possis miserias scire, et non  
subvenire. Richard. de S. Vict.  
sicut mater non obliuiscitur fruc-  
tum uteri; ita nec Maria obliuisci  
potest eorum, quos sub cruce spi-  
ritualiter genuit; siquidem hos  
filios plus diligit, quam si in cor-  
porali gestasset utero, unde mer-  
ito exclamat B. Eutychianus  
quis unquam, O Beata, fideliter  
omnipotenter tuam rogavit  
opem, et fuit derelictus? revera  
nullus unquam.

9. Quia scit juvare, nam ip-  
sa omnia observat, omnia contue-  
tur, et inspectio illius ad omnes  
se ex porrigit. S. German. nescit

quidem homo, quid oret, et quomodo oret, sed ipsa, quid, et quomodo petendum sit, novit. *S. Anselm.* quia teste *S. Petro Damiani.* per ipsam, cum ipsa, et in ipsa totum hoc faciendum decernitur, ut, sicut sine ipso factum est nihil, ita sine illa nihil refectum sit.

10. Quia *devotio erga B. Virginem est, testimonium aeternae praedestinationis;* nam tota salus generis humani, teste Cassiano, consistit in multitudine gratiae et favoris Mariæ. Sicut ergo omnis, o Beatissima, a te aversus, et a te despectus, necesse est, ut intereat; ita omnis ad te conversus, et a te respectus, impossibile est, ut pereat. *S. Anselm.* jam sic concludo: *devotio ad B. Virginem est signum electionis, ergo cultum ejus negligere est signum reprobationis, quicumque igitur vult*

*salvus esse, ut erga Beatissimam Virginem sit devotus; necessarium est. S. Bonavent.*

## QUOMODO B. VIRGO COLENDÆ?

Cultus Marianus consistit præcipue 1.<sup>o</sup> in magna aestimatione, de illa concepta. 2.<sup>o</sup> in filiali fiducia. 3.<sup>o</sup> in studiosa imitatione. 4.<sup>o</sup> in constanti venerazione. 5.<sup>o</sup> in cultus mariani propagatione, unde mèrito sequentia consulit.

1.<sup>o</sup> Maximam post Deum aestimationem de B. Virgine concipe; est enim Mater Dei, qua maiorem facere Deus non potest. *S. Bonavent.* infirmitas filii esset fuisse matrem, qua perfectior dari posset. *S. Thom.*

2.<sup>o</sup> In Matrem elige, juxta monitum Christi: *ecce Mater tua;*

semperque filialem fiduciam erga eam fovere stude: si non laeditur, qui stat ad latus imperatricis, quanto minus, qui semper per fiduciam adhaeret Mariæ, Reginæ cœli terræque. Si Mater Dei pro nobis, quis contra nos?

3.<sup>o</sup> Stude, quantum potes, B. Virginem in virtutibus imitari, scire aves, in quibus audi S. Bonaventuram; si perfectè Matrem Dei colere desideretis, ipsius mansuetudinem, humilitatem, corporis et animi puritatem imitemini: neque enim unquam sine Beatae Virginis imitatione, ad sinceram ipsius devotionem poteritis pervenire.

4.<sup>o</sup> Ejus cultum, ubicumque potes, promove, sive per conciones publicas, sive per exhortationes privatas, sive per librorum scriptiones &c. pro præmio habbis vitam æternam: qui me (Ma-

riam) elucidant, vitam æternam habebunt, Eccli. 24.

5.<sup>o</sup> Ejus festa singulari devo-tione observa, novaque quotidiani adde obsequia.

6.<sup>o</sup> Ad quemlibet horæ sonum consuesce cum S. Angelo salutare Mariam: libenter nos salutat Maria cum gratia, si libenter eam salutamus cum Ave Maria. *S. Bonavent.*

7.<sup>o</sup> Singulis diebus sabbathi, B. Virgini maxime dicatis, ad noctem jejunare non omette.

8.<sup>o</sup> Quotidie Rosarium, sequente püssimam vel saltem officium Immaculatae Conceptionis hic possitum, aut alias orationes in ipsis honorem compositas, de votè recita non redibis ab ea vacuus, quæ gratiae plena est.

9.<sup>o</sup> Nunquam aggredere negotium, nisi invocata prius Maria, in periculis, in angustiis, in

rebus dubiis Mariam cogita , Ma-  
riam invoca; non recedat ob ore,  
non recedat á corde. *S. Bern.* Si  
Maria non invocata , juvat, quan-  
tò magis invocata ?

10. Ecclesias vel sacella , Deo  
sub titulo B. Virginis consecrata,  
quotidie, si potes, frequenta, quid  
dulcius, quam cum Maria, Matre  
dilectionis , conversari?

## PISSIMA

Erga Dei Genitricem devo-  
tio ad impetrandam gratiam  
pro articulo mortis.

*Ex Seraphico Doctore Divo  
Bonaventura deprompta.*

## AVE MARIA.

¶. Illumina oculos meos , ne  
unquam obdormiam in morte.

¶. Ne quando dicat inimicus  
meus : prævalui adversus eum.

Deus in adjutorium meum in-  
tende.

Domine ad adjuvandum me fes-  
tina. Gloria Patri, et Filio, et  
Spiritui Sancto. Sieut erat, &c.

## HYMNUS.

Memento rerum Conditor,  
Nostri quod olim corporis  
Sacrata ab alvo Virginis  
Nascendo formam sumpseris,

Maria Mater gratiæ,  
Dulcis Parens clementiæ,  
Tu nos ab hoste protege,  
Et mortis hora suscipe.

Jesu , tibi sit gloria  
Qui natus es de Virgine,  
Cum Patre , et almo Spiritu  
In sempiterna sæcula. Amen.

Postea dicuntur sequentes  
Psalmi cum suis Antiphonis, pro  
diversitate dierum, prout hic as-  
signantur.

— Psalmi desumpti sunt ex Divo  
Bonaventura in opusculo de Psal-  
terio Beatæ Virginis, et Orationes  
ex eodem opusculo de Compa-  
sione Beatæ Virginis,

## DIE DOMINICA.

*Antiph.* Conforta Virgo.  
*Psalm* 1.

Beatus vir qui diligit nomen  
tuum, Maria Virgo: gratia tua ani-  
mam ejus confortavit.

Tamquam lignum aquarum fon-  
tibus irrigatur: uberrimos fructus  
justitiae propagabit.

Benedicta tu inter mulieres:  
propter humilitatem, et creduli-  
tatem sancti cordis tui.

Universas enim fœminas vincis  
pulchritudine carnis: superas An-  
gelos, et Archangelos excellentia  
sanctitatis.

Misericordia tua, et gratia ubi-  
que prædicatur: Deus operibus  
mannum tuarum bencdixit.

Gloria Patri, et Filio, etc.

*Antiph.* Conforta , Virgo Ma-  
ria, animam ejus, qui invocat no-  
men tuum, quia misericordia tua,  
et gratia ubique prædicatur.

*Antiph.* Protegat nos dextera tua, etc.

*Psalm.* 2.

Quare fremuerunt inimici nostri: et adversum nos meditati sunt inania?

Protegat nos dextera tua, Mater Dei; ut acies terribilis confundens, ac destruens eos.

Venite ad eam omnes, qui laboratis, et tribulati estis: et refrigerium dabit animabus vestris.

Accedite ad eam in temptationibus vestris: et stabiliet vos serenitas vultus ejus.

Benedicite illam in toto corde vestro: misericordia enim illius plena est terra.

Gloria Patri, et Filio, etc.

*Antiph.* Protegat nos dextera tua, Mater Dei; et da refrigerium, et solatium animabus nostris.

*Antiph.* Deduc me.

*Psalm.* 3.

Domina, quid multiplicati sunt, qui tribulant me? In potestate tua persequèris, et dissipabis eos.

Dissolve colligationes impietas nostræ: tolle fasciculum peccatorum nostrorum.

Miserere mei Domina, et sana infirmitatem meam: tolle dolorem, et angustiam cordis mei.

Ne tradas me in manibus inimicorum meorum: et in die mortis meæ conforta animam meam.

Deduc me ad portum salutis: et spiritum meum redde Factori, et Creatori meo.

Gloria Patri, et Filio, etc.

*Antiph.* Deduc me, Domina, ad portum salutis, et in die mortis meæ conforta animam meam.

*Antiph.* Ne projicias.

*Psalm.* 19.

Exaudi nos, Domina, in die tribulationis: et precibus nostris

converte clementem faciem tuam.  
Ne projicias nos in tempore  
mortis nostræ: sed succurre ani-  
mæ cum deseruerit corpus suum.

Mitte Angelum in occursum  
eius: per quem à malignis hosti-  
bus defendatur.

Ostende ei serenissimum judi-  
cem sacerdorum: qui ob tu grati-  
am veniam ei largiatur.

Sentiam in pœnis refrigerium  
tuum, et concede ei locum inter  
electos Dei.

Gloria Patri, et Filio, etc.

*Antiph.* Ne projicias nos, Do-  
mina, in tempore mortis nostræ:  
sed succurre animæ, cum dese-  
ruerit corpus suum.

*Antiph.* Esto Domina.

*Psalm. 24.*

Ad te, Domina, levavi animam  
meam: in judicio Dei, tuis preci-  
bus non erubescam.

Neque illudant mihi adversarii

mei: etenim præsumentes de te  
roborantur.

Non prævaleant adversum me  
laquei mortis: et castra malig-  
nantium noui impediant gressus  
meos.

Collide impetum eorum virtute  
tua: et cum mansuetudine occur-  
re animæ meæ.

Ductrix mea esto ad patriam:  
et me cœtu Angelorum digneris  
aggregare.

Gloria Patri, et Filio, etc.

*Antiph.* Esto, Domina, duc-  
trix mea ad patriam, et in die  
mortis meæ occurre cum mansue-  
tudine animæ meæ.

### PRECES.

¶. Maria Mater gratiæ, Mater  
misericordiæ.

¶. Tu nos ab hoste protege,  
et hora mortis suscipe.

¶. Illumina oculos meos, ne

umquam obdormiam in morte.

R. Ne quando dicat inimicus  
meus : prævalui adversus eum.

V. Salva me ex ore leonis.

R. Et de manu canis unicam  
meam.

V. Salvam me fac in tua misericordia.

R. Domina , non confundar,  
quoniam invocavi te.

V. Ora pro nobis peccatori-  
bus.

R. Nunc , et in hora mortis  
nostræ. Amen.

V. Domina, exaudi orationem  
meam.

R. Et clamor meus ad te ve-  
niat.

### OREMUS.

Propter terrores illius commo-  
tionis , qua cor tuum contremuit,  
Virgo Beatissima , quando audisti  
Filium tuum dilectissimum ab im-  
piis captum , ligatum , et ad sup-

plicia tractum , et traditum : ad-  
juva nos , ut cor nostrum nunc pro  
delictis nostris terreatur , et mo-  
veatur ad pœnitentiam , ne mortis  
in hora ad occursum adversarii  
paveat , aut ad aspectum tremen-  
di Judicis accusante conscientia  
contremiscat , sed potius faciem  
suam videns , in jubilo delectetur ,  
ineffabilitèque lætetur ; præstan-  
te eodem Domino nostro Jesu-  
Christo Filio tuo , qui cum Patre ,  
et Spiritu Sancto vivit , et regnat  
in sæcula sæculorum .

R. Amen.

V. Ora pro nobis Sancta Dei  
Genitrix .

R. Ut digni efficiamur promis-  
sionibus Christi .

V. Requiescamus in pace .

R. Amen.

CANTICUM  
*Sancti Bonaventuræ ad Beatam  
 Virginem.*

Te Matrem Dei laudamus : te  
 Mariam virginem prosternemus.

Te Æterni Patris Sponsam om-  
 nis terra veneratur.

Tibi omnes Angeli, et Archangeli : tibi Throni, et Principatus fideliter deserviunt.

Tibi omnes Potestates, et om-  
 nes Virtutes Cœlorum: et uni-  
 versæ Dominationes obediunt.

Tibi omnes Chori : tibi Cheru-  
 bim, et Seraphim exultantes as-  
 sistunt.

Tibi omnes Angelicæ creaturæ:  
 incessibili voce proclamant.

Sancta, Sancta, Sancta Maria:  
 Dei Genitrix, Mater, et Virgo.

Pleni sunt Cœli, et terra: ma-  
 jestatis gloriæ fructus ventris tui.

Te gloriosus Apostolorum Cho-  
 rus: sui Cœratoris Matrem collau-  
 dat.

Te Beatorum Martyrum cœtus  
 candidatus : Christi Genitricem  
 glorificat.

Te gloriosus Confessorum exer-  
 citus : Trinitatis Templum appe-  
 llat.

Te Sanctarum Virginum cho-  
 rea amabilis: virginitatis, et hu-  
 militatis exemplum prædicat.

Te tota Cœlestis Curia: Regi-  
 nam honorat.

Te per universum Orhem: Ec-  
 clesia invocando concelebrat.

Matrem: Divinæ Majestatis.  
 Venerandam te veram Regis

Cœlestis puerperam: sanctam  
 quoque, dulcem, et piam.

Tu Angelorum Domina: tu Pa-  
 radisi janua.

Tu scala Regni Cœlestis : et  
 Gloriæ.

Tu Thalamus : tu arca pietatis et gratiæ.

Tu vena misericordiæ: tu Sponsor, et Mater Regis æterni.

Tu Templum , et Sacrarium Spiritus Sancti: totius Beatissimæ Trinitatis nobile triclinium.

Tu Mediatrix Dei, et hominum : amatrix mortalium, Cœlestis illuminatrix.

Tu agonizatrix pugnantium, advocata pauperum : miseratrix, et refugium peccatorum.

Tu erogatrix inquierum: separatrix , ac terror dœmonum, et superborum.

Tu mundi Domina , Cœli Reginæ ; post Deum sola spes nostra.

Tu salus te invocantium , portus naufragantium: miserorum solatium pereuntium refugium.

Tu Mater omnium beatorum, gaudium plenum post Deum: om-

nium supernorum Civium solatiū.

Tu promotrix justorum , congregatrix errantium : promissio Patriarcharum.

Tu veritas Prophetarum, præconium, et doctrix Apostolorum: Magistra Evangelistarum.

Tu fortitudo Martyrum, exemplar Confessorum: honor, et festivitas Virginum.

Tu ad liberandum exulem hominem : Filium Dei suscepisti in uterum.

Per te , expugnato hoste antiquo , sunt aperta fidelibus Regna Cœlorum.

Tu cum Filio tuo: sedes ad dexteram Patris.

Tu ipsum pro nobis roga , Virgo Maria : quem nos ad judicandum credimus esse venturum.

Te ergo poscimus, nobis tuis famulis subveni : qui pretioso san-

guine Filii tui redempti sumus.

Æterna fac , pia Virgo Maria: cum Sanctis tuis nos in gloria numerari.

Salvum fac populum tuum, Domina: ut simus participes hæreditatis Filii tui.

Et rege nos: et custodi nos in æternum.

Per singulos dies: o Domina Maria , te salutamus.

Et laudare te cupimus: usque in æternum mente , et voce.

Dignare, dulcis Maria, nunc, et semper: nos sine delicto conser-  
vare.

Miserere pia nobis: miserere nobis.

Fiat misericordia tua magna nobiscum: quia in te Virgo Maria confidimus.

In te , dulcis Maria , speramus nos defendas in æternum.

Te decet laus, te decet impe-

rium: tibi virtus et gloria in sœcu-  
la sœculorum. Amen.

### AD LAUDES.

Deus in adjutorium meum in-  
tende, etc.

Gloria Patri, etc.

Ana. Adjuva , Domina.

Psalm. 92.

Dominus regnavit, de coram in-  
duit: Matremque suam ornamén-  
to decoravit virtutum.

Adimpleat propitiationem suam  
in nobis Mater pacis: et viam  
æquitatis doceat servos suos.

Qui desideratis sapientiam  
Christi: servite Mater ejus animo  
reverenti.

Quis sufficiet enarrare opera  
tua , Domina? aut quis investiga-  
bit thesauros misericordia tua?

Sustine , et adjuva delicientes in  
tentationibus suis : destina illos

in sortem veritatis. Gloria Patri,  
et Filio, etc.

*Aña.* Adjuva, Domina, per-  
clitantes in tentationibus, ne ca-  
dant: destina illos in sortem veri-  
tatis.

*Aña.* Respice, Virgo.  
*Psalm. 65.*

Jubilate Dominæ nostræ omnis  
terra, psallite hymnum nomini  
ejus: date honorificentiam majes-  
tati ejus.

Benedictum sit cor tuum, Do-  
mina: quo sincerèr, et arden-  
tèr tuum, ac Dei Filium dilexisti.

Respice paupertatem meam,  
gloriosa Virgo: miseriam, et an-  
gustiam meam ne tardes auferre.

Aufer quoque tribulationem  
meam: dulcifica languorem  
meum.

Benedicat te omnis caro: et glo-  
rificet te omnis lingua.

Gloria Patri, et Filio, etc.

*Antiph.* Respice paupertatem  
meam, gloriosa Virgo: miseriam  
et angustiam meam ne tardes au-  
ferre.

*Antiph.* Custodi.  
*Psalm. 62.*

Deus, Dens meus: pro Matre  
tua te glorifico.

Virginaliter te concepit: et si-  
ne angustia te parturivit.

Benedicta sis, ô Domina nostra:  
et pro nobis assiste ante Thro-  
num Dei.

Species, et claritas in conspec-  
tu tuo: misericordia, et charitas  
in animo tuo.

Custodi animam meam, Virgo  
benigna: ut numquam corruat in  
peccatum. Gloria Patri, etc.

*Antiph.* Custodi animam  
meam, Virgo benigna: ut num-  
quam corruat in peccatum.

*Antiph.* Benedicamus.

## CANTICUM

*Instar illius trium puerorum.*

Daniel. 3.

Benedicite omnia opera Dominiæ gloriæ: laudate, et superexaltate eam in sœcula.

Benedicite Angeli Dominiæ nostræ: benedicte Cœli Dominæ nostræ.

Benedicat omnis creatura Dominam nostram: quam Rex sic voluit benedici.

Benedicta sis, ô summi Regis filia: quæ odore præcis cuncta lilia.

Benedicta sis, corona Dominarum omnium: benedicta sis, gloria Jerusalem.

Odor tuos sicut agri pleni, cui benedixit Dominus: qui in benedicentes te redundat, irrigans omnia intima eorum.

Qui benedixerit tibi, ô Virgo beata: sit ille jugiter benedictus.

Qui maledixerit tibi, rosa can-didissima: sit ille maledictus. Non recedat de domo servorum tuorum: vini, et olei abundancia.

In nomine tuo omne genuflec-tatur: Cœlestium, terrestrium, et infernorum.

Benedicamus Deum, qui te creavit: benedictus uterque pa-rens, qui te generavit.

Benedicta sis, Domina, in Cœlo, et in terra: laudabilis, et glo-riosa, et superexaltata in sœcula.

Gloria Patri, et Filio, etc.

*Antiph.* Benedicamus Deum, qui creavit Mariam: benedicamus Mariam, quæ genuit Deum, et hominem.

*Antiph.* Omnis spiritus.

*Psalm. 148.*  
Laudate Dominam de Cœlis: glorificate eam in excelsis.

Laudate eam omnes homines,  
et jumenta: volucres Cœli, et  
pisces maris.

Laudate eam Sol, et Luna: Ste-  
llæ, et circuli Planetarum.

Laudate eam Cherubim, et Se-  
raphim: Throni, Dominationes,  
et Potestates.

Laudate eam omnes legiones  
Angelorum: laudate eam omnes  
ordines Spirituum supernorum.

Gloria Patri, et Filio, etc.

*Antiph.* Omnis spiritus laudet  
Mariam Dominam nostram.

*Ad Beatissimam Virginem*

*Mariam.*

**ORATIO.**

Mater Dei,

Memor esto mei.

Advocata peccatorum,

Audi preces famulorum:

Regina Cœlorum,

Regna in cordibus eorum.

Inclita Mater,

Inclina tuas aures.

Alma, quæ tuos beas,

Audi preces meas.

Domina Beatissima,

Semperque amantissima,

Omniumque gratissima:

Pulchra, et Immaculata,

Super æthera exaltata:

Audi amantem,

Exaudi clamantem,

Adjuva suspirantem.

Clamat ad te peccator,

Suspirat precator;

Nunc vivens,

Jam moriens.

In lacrymabili via,

Adjuva, fove, refove,

O Clemens, ó pia,

O dulcis Virgo Maria. Amen.

**PRO DOMINICA.**

*Ad Beatam Virginem Mariam,*

*ex Divo Augustino deprompta.*

Memorare, ó piissima Virgo

Maria, non esse auditum a saeculo,  
quemquam ad tua currentem praesidia,  
tua implorantem suffragia,  
esse derelictum. Ego tali animatus  
confidentia, ad te, Virgo Virginum Mater, curro, ad te venio,  
coram te genens, precator  
assisto: noli, Mater Verbi, verba  
mea despicere; sed audi propitia,  
et exaudi. Amen.

## PRO FERIA II.

*Sancti Patris Francisci in Opuscul.*

## ORATIO.

Absolvat, queso, Domine,  
mentem meam ab omnibus, quae  
sub Caelo sunt, ignita, et meli-  
flua vis amoris tui: ut amore a-  
moris tui moriar, quia amore a-  
moris mei dignatus es mori. Per  
temetipsum Dei Filium, qui cum  
Patre, &c.

## PRO FERIA III.

*Sancti Patris Francisci in Officio I'assionis.*

## ORATIO.

Sancta Maria Virgo, non est tibi  
similis nata in mundo in mulieribus,  
Filia, et Ancilla altissimi  
Regis, Patris Coelestis, Mater Sanctissima  
Domini nostri Jesu Christi, Spousa Spiritus Sancti: ora  
pro nobis cum Sancto Michaële  
Archangelo, omnibus Virtutibus  
Coelorum, et omnibus Sanctis,  
tuum sanctissimum Filium dilectissimum  
Dominum nostrum, et Magistrum. Amen.

## PRO FERIA IV.

*Seraphici Doctoris S. Bonavent. in Psalterio B. Virginis*

## ORATIO.

Omnipotens semperne Deus,  
qui pro nobis de castissima Virgi-  
ne Maria nasci dignatus es; fac

nos tibi casto corpore servire , et  
humili mente placere. Qui vivis,  
et regnas, etc.

**PRO FERIA V.**  
*Ejusdem S. Doctoris eodem loco*  
**ORATIO.**

Oramus etiam te, piissima Virgo Maria, mundi Regina, et Angelorum Domina, ut eis, quos in Purgatorio ignis exanimat, impretes refrigerium, peccatoribus indulgentiam, et justis perseverantiam in bono : nos quoque fragiles ad omnibus instantibus defende periculis. Per Dominum nostrum , etc.

**PRO FERIA VI.**  
*Ex Devotionario Beatae Virginis Marie*  
**ORATIO.**

O Domina mea Sancta Maria,  
me in tuam benedictam fidem, ac

singularem custodiam, et in signum misericordiae tuae hodie , et quotidie , et in hora exitus mei animam meam , et corpus meum tibi commendabo , omnem spem meam , et consolationem meam, omnes angustias, et miseras meas, vitam , et finem vitae meae tibi committo : ut per tuam sanctissimam intercessionem , et per tua merita , omnia mea dirigantur , et disponantur opera secundum tuam tuique Filii voluntatem.

**PRO SABBATO.**

*Ex eodem officio.*

**PRO FERIA VII.**  
**ORATIO.**  
O Maria, Dei Genitrix, et Virgo gratiosa, omnium desolatorum ad te clamantium consolatrix vera ! per illud magnum gaudium, quo consolata es , quando cognosc-

visti Dominum Jesum die tertia à mortuis impassibilem resurrexisse, sis consolatrix animæ meæ, et apud eumdem tuum, et Dei natum Unigenitum, in die novissimo, quando cum anima, et corpore ero resurrecturus, et de singularis meis factis rationem redditurus, me digneris juvari, ut pérpetuae damnationis sententiam per te, pia Mater, et Virgo valeam evadere, et cum electis Dei omnibus ad æterna gaudia feliciter pervenire. Amen.

## FERIA SECUNDA.

## AVE MARIA.

¶. Illumina oculos meos, ne umquam obdormiam in morte.

¶. Ne quando dicat inimicus meus: prævalui adversum eum.

Deus in adjutorium meum intende.

Domine ad adjuvandum me festina. Gloria Patri, etc.

## HYMNUS.

Memento rerum Conditor,  
Nostri quod olim corporis  
Sacra ab alvo Virginis  
Nascendo formam sumpseris.

Maria Mater gratiæ,  
Dulcis Parens clementiæ,  
Tu nos ab hoste protege,  
Et mortis hora suscipe.

Jesu, tibi sit gloria,  
Qui natus es de Virgine,  
Cum Patre, et almo Spiritu  
In sempiterna sæcula. Amen.

*Antiph.* In manus tuas.

*Psalm. 30.*

In te, Domina, speravi, non confundar in æternum: in gratia tua suscipe me.

Inclina ad me aurem tuam: et in mœrore meo lœtifica me.

Tu es fortitudo mea, et refu-

gium meum: consolatio mea , et protectio mea.

Ad te , Domina , clamavi, dum tribularetur cor meum : et exaudisti me de vertice collum æternorum.

Educas me de laqueo, quem absconderunt mihi: quoniam tu es adjutrix mea.

In manus tuas , Domina , commendō spiritum meum: totam vitam meam , et diem meum novissimum.

Gloria Patri , et Filio , etc.

*Antiph.* In manus tuas, Domina , commendō spiritum meum: totam vitam meam , et diem meum novissimum.

*Antiph.* Miserere mei , etc.

*Psalm. 38.*

Dixi: Custodiam vias meas ,  
Regina Cœli: cum per te Christi  
gratia fuit mihi data.

Dulcore tuo liquefactum est cor

meum; amore tuo inflammata sunt viscera mea.

Exaudi orationem meam , Domina , et deprecationem meam: ut contabescant adversarii mei.

Miserere mei de Cœlis , et de altitudine throni tui: et ne permittas me in valle miseriæ conturbari.

Custodi pedem meum, ne labatur, et corruat ; et in fine meo sit præsens gratia tua.

Gloria Patri , et Filio , etc.

*Antiph.* Miserere mei de Cœlis , Domina , et in fine meo sit præsens gratia tua.

*Antiph.* Sanctæ preces.

*Psalm. 42.*

Judica me , Domina , et discerne causam meam de gente perversa : à serpente maliguo , et dracone pestifero libera me.

Sancta fœcunditas tua disper-

**dat eum:** Beata Virginitas tua conterat caput ejus.

**Sanctæ preces tuæ corroborent nos contra eum:** Sancta merita tua exinaniant, virtutem ejus.

**Persecutorem animæ meæ mitte in abyssum:** puteus infernal is deglutiat enm viventem.

Ego autem, et anima mea in terra captivitatis meæ: benedicam nomen tuum, et glorificabo te in sæcula sæculorum.

Gloria Patri, et Filio, etc.

**Aña.** Sanctæ preces tuæ, Domina, corroborent me contra persecutorem animæ meæ; et in die mortis meæ à serpente maligno libera me.

**Antiph.** Ego autem, Domina.  
Psalm. 54.

Exaudi, Domina, orationem meam: et ne contemnas deprecationem meam.

Contristatus sum in cogitatione

mea: quia iudicia Dei perterrue runt me.

Tenebrae mortis venerunt super me: et pavor inferni horribiliter invasit in me.

Ego autem in solitudine expecto consolationem tuam: et in cubili meo attendo misericordiam tuam.

Glorifica manum, et dexterum brachium tuum: ut prosternantur à nobis inimici nostri.

Gloria Patri, et Filio, etc.

**Antiph.** Ego autem, Domina, attendo in cubili meo misericordiam tuam: quia tenebrae mortis venerunt super me.

**Antiph.** Impetra nobis.  
Psalm. 63.

Exaudi, Domina, orationem meam cum deprecor: à pavore crudelis inimici libera animam meam.

Impetra nobis servulis tuis pa-

cem , et securitatem: in tremendo  
judicio.

Benedicta tu super omnes mu-  
lieres: et benedictus fructus virgi-  
nalis ventris tui.

Illumina, Domina, oculos meos:  
et illustra cæcitatem meam.

Da mihi in te confidentiam bo-  
nam : in vita , et in interitu meo.

Gloria Patri , et Filio , etc.

*Antiph.* Impetra nobis , Domi-  
na , pacem , et salutem in die no-  
vissimo: et da mihi confidentiam  
bonam in te , in vita , et in interi-  
tu meo.

#### PRECES.

¶. Maria Mater gratiæ , Mater  
misericordiæ.

¶. Tu nos ab hoste protege, et  
hora mortis suscipe.

¶. Illumina oculos meos : ne  
umquam obdormiam in morte.

¶. Ne quando dicat inimicus  
meus : prævalui adversus eum.

¶. Salva ex ore leonis.

¶. Et de manu canis unicam  
meam.

¶. Salvum me fac in tua mi-  
sericordia.

¶. Domina , non confundar,  
quoniam invocavi te.

¶. Ora pro nobis peccatoribus.

¶. Nunc , et in hora mortis no-  
stræ. Amen.

¶. Domina , exaudi orationem  
meam.

¶. Et clamor meus ad te veniat.

#### OREMUS.

Propter gemitus , et lacrymas,  
quibus afficiebaris , Virgo dulcis-  
sima, quando vidisti Filium tuum  
dulcissimum judicio præsentari,  
acritè flagellari , variis illusioni-  
bus , et opprobriis afici : impetra  
nobis dolorem pro peccatis nos-  
tris , et lacrymas salutiferae contri-  
tionis : et adjuva nos , ne nobis

possit inimicus illudere, neque diversis, pro libito suo, tentationibus flagellare, devictosque statuere terribili Judici, sed magis ipsi accusemus, et judicemus nosmetipos de excessibus nostris, et veræ poenitentiae disciplinis flagelllemus, ut veniam, et gratiam in tempore necessitatis, tribulacionis, et angustiæ inveniamus; præstante eodem Domino nostro Iesu-Christo Filio tuo. Amen.

V. Ora pro nobis Sancta Dei Genitrix.

R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

V. Requiescamus in pace.

R. Amen.

Te Matrem, et reliqua, ut in Dominica, pag. 30.

### FERIA TERTIA.

#### AVE MARIA.

V. Illumina oculos meos, ne umquam obdormiam in morte.

R. Ne quando dicat inimicus meus: prævalui adversus eum. Deus in adjutorium meum intende.

Domine ad adjuvandum me fes-tina. Gloria Patri, &c.

#### HYMNUS.

Memento rerum Conditor,  
Nostri quod olim corporis  
Sacrata ab alvo Virginis  
Nascendo formam sumpseris.

Maria Mater gratiæ,  
Dulcis Parens clementiæ,  
Tu nos ab hoste protege,  
Et mortis hora suscipe.  
Jesu, tibi sit gloria

Qui natus es de Virgine,  
Cum Patre, et almo Spiritu  
In sempiterna sæcula. Amen.

*Antiph.* Protegat me.

*Psalm. 66.*

Deus misereatur nostri, et benedicat nobis: per illam, quæ eum genuit.

Miserere nostri, Domina, et ora pro nobis: in sanctam lætitiam converte moestitiam nostram.

Illumina me, stella maris: clarifica me, Virgo clarissima.

Extingue ardorem noxiūm cordis mei: refrigera me gratia tua.

Protegat me semper dextera tua: præsentia tua illustret finem meum.

Gloria Patri, et Filio, etc.

*Aña.* Protegat me, Domina, gratia tua semper: et præsentia tua illustret finem meum.

*Aña.* Assiste, Domina.

*Psalm. 72.*

Quam bonus Israel Deus: iis, qui dilectam Matrem suam colunt, et venerantur!

Ipsa enim est solarium vitæ nostræ: in laboribus subventio opportuna.

Obtexit caligine hostis animam meam: in visceribus meis, Domina, fac oriri lumen.

Avertatur à me ira Dei per te: placa eum meritis, et precibus tuis.

In judicio Dei pro me assiste coram eo: suscipe causam meam, et mea sis advocata.

Gloria Patri, et Filio, etc.

*Aña.* Assiste, Domina, pro me in judicio coram Deo: esto advocata mea, et suscipe causam meam.

*Aña.* Erige, Domina.

*Psalm. 76.*  
Voce mea ad Dominam clama-

vi: et solita sua dulcedine inten-  
dit mihi.

Abstulit à corde meo mœsti-  
tiam , et mœrorem : et suavitate  
sua cor meum dulcoravit.

Formidinem meam erexit in  
confidentiam bonam: et suo aspec-  
tu mellifluo, mentem meam sere-  
navit.

Adjutorio sancto suo evasi pe-  
ricula mortis : et de manu fero-  
cis , et crudelis subterfugi.

Gratias Deo , et tibi Mater pia:  
de omnibus , quæ assecutus sum  
pietate , et misericordia tua.

Gloria Patri, et Filio , etc.

*Aña.* Erige , Domina , formi-  
dinem meam in confidentiam bon-  
am: et fac ut adjutorio sancto  
tuo evadam pericula mortis.

*Aña.* Expergiscere.

*Psalm. 79.*

Qui regis Israel, intende ad me:

fac me dignè Matrem tuam col-  
laudare.

- Expergiscere de pulvère, anima  
mea : perge in occursum Reginæ  
Cœli.

Solve vincula colli tui, pauper-  
cula anima mea : et gloriōsis lau-  
dibus accipe illam.

Odor vitæ de illa progreditur:  
et omnis salus de corde illius sca-  
turizat.

- Charismatum suorum fragran-  
tiâ suavi: animæ mortuæ susci-  
tantur.

Glòria Patri, et Filio , etc.

*Aña.* Expergiscere de pulve-  
re , anima mea: perge in occur-  
sum Reginæ Cœli.

*Aña.* Ne derelinquas.

*Psalm. 83.*

Quam dilecta tabernacula tua,  
Domina virtutum: quam amabi-  
lia tentoria requietionis tuae !

Honorate illam peccatores : et

impetrabit vobis salutem, et pacem.

¶ Super thus, et balsamum orationis ejus incensum: preces ejus non reverentur vacuae, nec inanies.

- Intercede pro me, Domina, apud Christum Filium tuum: et ne derelinquas me in vita, neque in morte.

Benignus est enim spiritus tuus: et gratia tua replet orbem terrarum.

Gloria Patri, et Filio, etc.

Aña. Ne dereliuquas me, Domina in vita, neque in morte; sed intercede pro me apud Christum Filium tuum.

### PRECES.

¶. Maria Mater gratiæ, Mater misericordiæ.

¶. Tu nos ab hoste protege, et mortis hora suscipe.

¶. Illumina oculos meos, ne umquam obdormiam in morte.

¶. Ne quando dicat inimicus meus: prævalui adversum eum.

¶. Salva me ex ore leonis.

¶. Et de manu canis unicam meam.

¶. Salvum me fac in tua misericordia.

¶. Domina, non confundar, quoniam invocavi te.

¶. Ora pro nobis peccatoribus.

¶. Nunc, et in hora mortis nostræ. Amen.

¶. Domine exaudi orationem meam.

¶. Et clamor meus ad te ve-  
niat.

### OREMUS.

Propter angustias, et cruciatus, quos cor tuum sustinuit, Virgo beatissima, quando audisti, Filium tuum dilectissimum adjudicatum morti, et crucis suppliciò:

succurre nobis tempore infirmi-  
tatis nostræ , quando corpus nos-  
trum dolore infirmitatis cruciabitur : et spiritus noster hinc prop-  
ter insidias dæmonum, illinc prop-  
ter terrorem districti judicis angus-  
tiabitur: subveni, inquam, no-  
bis , Domina, tunc, ne damnatio-  
nis æternæ contra nos proferatur  
sententia , aut ne flammis gehen-  
nalibus tradamur æternaliter cru-  
ciandi ; præstante eodem Domino  
nostro Jesu-Christo, qui cum Pa-  
tre, et Spiritu Sancto vivit, et reg-  
nat in sæcula sæculorum. Amen.

¶. Ora pro nobis Sancta Dei  
Genitrix.

¶. Ut digni efficiamur pro-  
missionibus Christi.

¶. Requiescamus in pace.

¶. Amen.

Te Matrem Dei laudamus, et re-  
liqua , ut in *Dominica* , pag. 30.

### FERIA QUARTA.

#### AVE MARIA.

¶. Illumina oculos meos , ne  
unquam obdormiam in morte.

¶. Ne quando dicat inimicus  
meus : prævalui adversus eum.

Deus in adjutorium meum in-  
tende.

Domine ad adjuvandum me fes-  
tina. Gloria Patri, etc.

#### HYMNUS.

Memento rerum Conditor,  
Nostrí quod olim corporis  
Sacra ab alvo Virginis,  
Nascendo formam sumpseris.

Maria Mater gratiæ  
Dulcis Parenс clementiæ,  
Tu nos ab hoste protege,  
Et mortis hora suscipe.

Jesu , tibi sit gloria,  
Qui natus es de Virgine,

Cum Patre, et almo Spiritu  
In sempiterna sæcula. Amen.

*Antiph.* Fac, Domina.  
*Psalm.* 86.

Fundamenta vitæ in anima justi:  
perseverare in charitate tua  
usque in finem.

Misericordia tua relevat pauperem  
in adversitate: et invocatio  
tui nominis immittit ei confiden-  
tiā bonam.

Miserationibus tuis repletur Pa-  
radisus; et à terrore tuo hostis  
confunditur infernalis.

Qui sperat in te, inveniet the-  
sauros pacis: et qui te in hac vita  
non invocat, non perveniet ad  
regnum Dei.

Fac, Domina, ut vivamus in  
gratia Spiritus Sancti: et perduc  
animas nostras ad beatum finem.

Gloria Patri, et Filio, etc.

*Antiph.* Fac, Domina, ut vi-  
vamus in gratia Spiritus Sancti,

et perduc animas nostras ad sanc-  
tum finem.

*Antiph.* Gratiōsus vultus.  
*Psalm.* 88.

Misericordias tuas, Domina: in  
aeternum cantabo.

Unguento pietatis tuæ medere  
contritis corde: et oleo miseri-  
cordiae tuæ refove dolores nostros.

Gratiōsus vultus tuus mihi ap-  
pareat in extremis: formositas fa-  
ciei tua lætificet egredientem spi-  
ritum meum.

Excita spiritum meum ad aman-  
dum bonitatem tuam: excita men-  
tem meam ad extollendam nobis-  
titatem et pretiositatem tuam.

Libera me ab omni tribulazione  
mala: et ab omni peccato custo-  
di animam meam.

Gloria Patri, et Filio, etc.

*Antiph.* Gratiōsus vultus tuus  
mihi appareat in extremis: for-  
mositas faciei tua lætificet egre-

dientem spiritum meum.

*Antiph.* Qui speravit.

*Psalm. 90.*

Qui habitat in adjutorio Matris  
Dei: in protectione ipsius commo-  
rabitur.

Concursus hostium non noce-  
bit ei: et sagitta volans non tan-  
get eum.

Quoniam liberabit eum de la-  
queo insidianis: sub pennis ejus  
proteget eum.

Clamate ad illam in periculis  
vestris: et flagellum non appro-  
pinquabit tabernaculo vestro.

Fructus gratiæ inveniet, qui  
speraverit in illa: porta Paradisi  
reserabitur ei.

Gloria Patri, et Filio, etc.

*Antiph.* Qui speraverit in te,  
Domina, inveniet fructus gratiæ,  
et porta Paradisi reserabitur ei.

*Antiph.* Suscipe.

*Psalm. 94.*

Venite, exultemus Dominæ  
nostræ: jubilemus Mariæ Reginæ  
nostræ.

Präoccupemus faciem ejus in  
jubilatione: et in canticis lætitiae  
collaudemus eam.

Venite adoremus, et procida-  
mus ante eam: confitemur illi  
cum fletibus peccata nostra.

Impetra nobis, Domina, indul-  
gentiam plenam: assiste pro nobis  
ante tribunal Dei.

Suscipe in fine animas nostras,  
et introduc nos in requiem æter-  
nam.

Gloria Patri, et Filio, etc.

*Antiph.* Suscipe, Domina, in  
fine animas nostras, et introduc  
nos in requiem æternam.

*Antiph.* Succurre.

*Psalm. 99.*

Jubilate Dominæ nostræ, omnes  
homines terræ: servite illi in læ-

titia , et jucunditate.

In toto animo vestro accedite ad illam : et in omni virtute vestra conservate vias ejus.

Investigate illam , et manifestabit se vobis : estote mundi corde, et apprehendetis eam.

Quibus auxiliata fueris , Domina, erit refrigerium pacis : et à quibus averteris vultum tuum, non erit eis spes ad salutem.

Recordare nostri , Domina , et non apprehendent nos mala; succurre nobis in fine, et inveniemus vitam æternam.

Gloria Patri , et Filio , etc.

*Antiph.* Succurre nobis , Domina, in fine; et non apprehendent nos mala , et inveniemus vitam æternam,

### PRECES.

¶. Maria Mater gratiæ , Mater misericordiæ.

R. Tu nos ab hoste protege,

et hora mortis suscipe.

¶. Illumina oculos meos , ne umquam obdormiam in morte.

R. Ne quando dicat inimicus meus : prævaluí adversus eum.

¶. Salva ex ore leonis.

R. Et de manu canis unicam meam.

¶. Salvum me fac in tua misericordia.

R. Domina , non confundar, quoniam invocavi te.

¶. Ora pro nobis peccatoribus.

R. Nunc , et in hora mortis nostræ. Amen.

¶. Domina , exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

### OREMUS.

Propter doloris gladium , qui pertransivit animam tuam , Virgo dulcissima , quando Filium tuum dilectissimum cernebas nudum in

eruca levatum, clavis perforatum,  
ac per omnia laceratum plagiis, ac  
verberibus, necnon, et vulneribus;  
adjuva nos, ut et cor nostrum nunc  
compassionis, et compunctionis gladius perfodiat, Di-  
vinique amoris lancea vulneret; ita  
ut omnis peccati sanguis effluat à  
pectore nostro, et à noxiis vitiis  
emundemur, virtutum indumentis  
decoremur, semperque mente,  
ac corpore de hac valle miseri-  
æ levemur ad cœlestia, quo  
tandem cum promissus dies adven-  
erit, pervenire spiritu, et cor-  
pore mereamur; præstante eodem  
Domino nostro Jesu-Christo. Filio  
tuo, qui cum Patre, etc.

R. Amen.

℣. Ora pro nobis, Sancta Dei  
Genitrix.

R. Ut digni efficiamur promis-  
sionibus Christi.

℣. Requiescamus in pace.

R. Amen.  
Te Matrem Dei laudamus, et re-  
liqua, ut in Dominica, pag. 30.

### FERIA QUINTA.

#### AVE MARIA.

℣. Illumina oculos meos, ne  
umquam obdormiam in morte.

R. Ne quando dicat inimicus  
meus, prævalui adversus eum.

Deus in adjutorium meum in-  
tende.

Domine ad adjuvandum me  
festina. Gloria Patri, etc.

#### HYMNUS.

Memento rerum Conditor,  
Nostri quod olim corporis  
Sacrata ab alvo Virginis,  
Nascendo formam sumpseris.

Maria Mater gratiæ  
Dulcis Parenis clementiæ,  
Tu nos ab hoste protege,

Et mortis hora suscipe.

Jesu , tibi sit gloria,  
Qui natus es de Virgine,  
Cum Patre , et almo Spiritu  
In sempiterna sæcula. Amen.

*Antiph.* Conforta , Domina.

*Psalm. 100.*

Misericordiam , et judicium can-  
tabo tibi , Domina: psallam tibi in  
exultatione cordis , cum latifica-  
beris animam meam.

Laudabo nomen tuum , et glo-  
riam tuam; et præstabis refrige-  
rium animæ meæ.

Zelatus sum amorem , et hono-  
rem tuum : ideo defendas causam  
meam ante judicem sæculorum.

Alleactus sum gratia , et bonita-  
te tua: oro ne frauder à spe , et  
confidentia bona.

Conforta animam meam in no-  
vissimis meis : et in carne ista fac  
me conspicere Salvatorem.

Gloria Patri , et Filio , etc.

*Antiph.* Conforta Domina, ani-  
mam meam in novissimis: et de-  
fende causam meam ante judicem  
sæculorum.

*Antiph.* Da , Domina.

*Psalm. 103.*

Benedic , anima mea Virgini  
Maria: honor , et magnificentia  
eius in perpetuum.

Formositatem , et pulchritudi-  
nem induisti , ò dulcis Maria: ami-  
cta es fulgenti , ac splendenti ves-  
timento.

De te procedit peccatorum me-  
dela: pacis disciplina , ac fervor  
charitatis.

Imple nos servos tuos virtuti-  
bus sanctis: et ira Dei non appro-  
pinquet nobis.

Da bravium victoriae speranti-  
bus in te: et noli eos oblivisci in  
certamine mortis.

Gloria Patri , et Filio , etc.

*Antiph.* Da , Domina , servi-

toribus tuis jucunditatem æternam : et noli eos oblisisci in certamine mortis.

*Antiph.* Non expavescerunt.

*Psalm.* 110.

Confitebor tibi , Domina, in toto corde meo : glorificabo te in tota mente mea.

Opera gratiæ tuæ commemo-  
rabitur: et testamentum miseri-  
cordiæ tuæ ante thronum Dei.

Per te missa est redemptio à  
Deo : ideo populus pœnitens ha-  
bebit spem salutis.

Intellexus bonus omnibus ho-  
norantibus te : et sors illorum erit  
inter Angelos pacis.

Gloriosum , et admirabile est  
nomen tuum : qui illud in corde  
retinent non expavescerunt in punc-  
to mortis.

Gloria Patri , et Filio , etc.

*Antiph.* Non expavescerunt, Do-  
mina: in puncto mortis , qui in-

vocant nomen tuum : et sors illo-  
rum erit inter Angelos pacis.

*Antiph.* In exitu.

*Psalm.* 113.

In exitu animæ meæ de hoc  
mundo: occurre illi, Domina, et  
suscipte illam.

Consolare eam vultu sancto tuo;  
aspectus dœmonis non conturbet  
eam.

Esto illi scala ad regnum Cœlo-  
rum ; et inter rectum ad Paradi-  
sum Dei.

Impetra ei Mater indulgentiam  
pacis : et sedem lucis inter servu-  
los tuos.

Sustine devotos tuos ante tribu-  
nal Christi: suscipte causam illo-  
rum in manibus tuis.

Gloria Patri , et Filio , etc.

*Antiph.* In exitu animæ meæ  
de hoc mundo: occurre illi , Do-  
mina , et suscipte eam.

*Antiph.* Circumdederunt.

Dillexi Matrem Domini Dei  
mei: et lux miserationum ejus in-  
fuslit mihi.

Circumdederunt me dolores  
mortis: sed visitatio Mariæ læti-  
cavit me.

Dolorem, et periculum incur-  
ri; et recreatus sum gratia illius.

Nomen ejus, et memoria illius  
sit in medio cordis nostri: et nobis  
non nocebit ictus malignantis.

Convertere, anima mea, in lau-  
dem ipsius: et refrigerium inve-  
nies in novissimis tuis.

Gloria Patri, et Filio, etc.

*Antiph.* Circumdederunt me  
dolores mortis: et visitatio Mariæ  
læticavit me.

### PRECES.

℣. Maria Mater gratiæ, Ma-  
ter misericordiæ.

℟. Tu nos ab hoste protege,

et hora mortis suscipe.

℣. Illumina oculos meos, ne  
umquam obdormiam in morte.

℟. Ne quando dicat inimicus  
meus: prævalui adversus eum.

℣. Salva me ex ore leonis.

℟. Et de manu canis unicam  
meam.

℣. Salvum me fac in tua mise-  
ricordia.

℟. Domina, non confundar,  
quoniam invocavi te.

℣. Ora pro nobis peccatoribus.

℟. Nunc, et in hora mortis  
nostræ. Amen.

℣. Domina, exaudi orationem  
meam.

℟. Et clamor meus ad te ve-  
niat.

### OREMUS.

Propter gravamen, et tormentum,  
quo torquebatur spiritus  
tuus, Virgo Sanctissima, quando  
juxta Crucem Filium tuum præ-

doloribus voce magna clamantem,  
te Matrem dilectam Joanni com-  
mendantem in manusque Dei Pa-  
tris spiritum tradentem attende-  
bas: succurre nobis in fine vitæ  
nostræ, et maximè tunc, quan-  
do lingua nostra nequiverit se ad  
te invocandum movere, cum oculi  
nostræ lumine privabuntur, au-  
res surdescerent, et obturabuntur,  
omnesque vires sensuum nostro-  
rum deficiunt: memento, piissima  
Domina, tunc, quod nunc fundim-  
mus preces ad aures tuæ pietatis,  
et clementiæ; et subveni nobis in  
illa hora extremæ necessitatis, ac  
Filio tuo dilectissimo commendâ  
spiritum nostrum, per quem tuo  
interventu, à tormentis, et ter-  
roribus omnibus eruamur, et ad  
desideratam Cœlesti Patria re-  
quiem perducamur; præstante  
eodem Domino nostro Iesu-Chris-  
to Filio tuo, qui cum Patre, et

Spiritu Sancto vivit, et regnat in  
sæcula, etc.

℣. Ora pro nobis Sancta Dei  
Genitrix.

℟. Ut digni efficiamur promis-  
sionibus Christi.

℣. Requiescamus in pace.

℟. Amen.

Te Matrem, et reliqua, ut in  
Dominica, pag. 30.

### FERIA SEXTA.

#### AVE MARIA.

℣. Illumina oculos meos, ne  
umquam obdormiam in morte.

℟. Ne quando dicat inimicus  
meus: prævalui aduersus eum.  
Deus in adjutorium meum in-  
tende.

Domine ad adjuvandum me fes-  
tina. Gloria Patri, etc.

#### HYMNUS.

Memento rerum Conditor,

Nostri quod olim corporis  
Sacrata ab alvo Virginis  
Nascendo formam sumpseris.

Maria Mater gratiæ,  
Dulcis Parens clementiæ,  
Tu nos ab hoste protege,  
Et mortis hora suscipe.

Jesu, tibi sit gloria,  
Qui natus es de Virgine,  
Cum Patre, et almo Spiritu  
In sempiterna sæcula. Amen.

*Antiph.* In die mortis.

*Psalm. 119.*

Ad Dominam Mariam cum trilobularer, clamavi: et exaudivit me.

Domina, libera nos ab omni malo: cunctis diebus vitæ nostræ.

Contere caput draconis inimici nostri: pede insuperabilis virtutis tuæ.

Quemadmodum exultavit spiritus tuus in Deo salutari tuo: sic veram digneris infundere lætitiam cordi meo.

Ad Dominum accede rogatura pro nobis: ut per te nostra peccata deleantur.

Gloria Patri, et Filio, etc.

*Antiph.* In die mortis nostræ infunde nobis, Domina veram lætitiam, sicut exultavit spiritus tuus in Deo salutari tuo.

*Antiph.* Impetra nobis.

*Psalm. 121.*

Lætatus sum in te, Regina Cœli: quia te duce, in domum Domini ibimus.

Hierusalem Cœlestis Civitas: ad te, Maria conducente, deveniamus.

Pacem, et indulgentiam, Virgo, nobis impetra: et palmam de hostibus, ac triumphum.

Conforta, et consolare cor nostrum: tuæ dulcedine pietatis.

Sic, Domina, tuam in nobis infunde clementiam: ut devotè in Domino moriamur.

Gloria Patri , et Filio , etc.

*Antiph.* Impetra nobis, Domina, pacem et indulgentiam, ut devotè in Domino moriamur.

*Antiph.* Releva.

*Psalm. 124.*

Qui confidunt in te, Mater Dei: non timebunt à facie inimici.

Gaudete , et exultate omnes, qui diligistis Mariam : quæ adjuvabit vos in die tribulationis vestrae.

Reminiscere miserationum tuarum Domina : et releva peregrinationem incolatus nostri.

Converte amabilem vultum tuum super nos: confunde, et destrue omnes inimicos nostros.

Benedicta sint omnia opera manuum tuarum, Domina : benedicta sint omnia sancta miracula tua.

Gloria Patri, et Filio , etc.

*Antiph.* Releva, Domina, pe-

regrinationem incolatus nostri: et adjuva nos in die tribulationis.

*Antiph.* Fac Domina.

*Psalm. 128.*

Sæpè expugnayerunt me à juventute mea inimici mei : libera me , Domina , et vindica me ab ipsis.

Ne des illis potestatem in animam meam : custodi omnia interiora , et exteriora mea.

Obtine nobis veniam peccatorum: et per te Sancti Spiritus gratia nobis detur.

Fac nos dignè , et laudabilitè penitire ; ut beato fine ad Deum veniamus.

Placatum tunc, ac serenissimum nobis ostende: glriosum fructum ventris tui.

Gloria Patri , et Filio , etc.

*Antiph.* Fac, Domina, ut beato fine ad eum veniamus , et ostende nobis tunc placatum glorio-

sum fructum ventris tui.

*Antiph.* Deduc me.

*Psalm.* 129.

De profundis clamavi ad te Domina: Domina, exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes: in vocem laudis, et glorificationis tuæ.

Libera me de manu adversariorum meorum: confunde, et dissipate ingenia conatus eorum contra me.

Erue me in die mala: et in die mortis ne obliviscaris animæ meæ.

Deduc me ad portum salutis: et inter justos scribatur nomen meum.

Gloria Patri, et Filio, etc.

*Antiph.* Deduc me, Domina, ad portum salutis: et in die mortis ne obliviscaris animæ meæ.

### PRECES.

¶. Maria Mater gratiæ, Mater misericordiæ

¶. Tu nos ab hoste protege, et hora mortis suscipe.

¶. Illumina oculos meos, ne umquam obdormiam in morte.

¶. Ne quando dicat inimicus meus: prævalui adversus eum.

¶. Salva me ex ore leonis.

¶. Et de manu canis unicam meam.

¶. Salvum me fac in tua misericordia.

¶. Domina, non confundar, quoniam invocavi te.

¶. Ora pro nobis peccatoribns.

¶. Nunc, et in hora mortis nostræ. Amen.

¶. Domina, exaudi orationem meam.

¶. Et clamor meus ad te veniat.

OREMUS.

Propter planctum acerbi ejula-

tus, quem profundo pectoris  
foste manente abscondere non va-  
lebas, Virgo castissima, quando,  
ut piē creditur, in amplexus rue-  
bas examini corporis Filii tui de  
Cruce depositi, cujus genas ante  
nitentes, et ora rutilantia, mortis  
conspiciebas perfundi palloribus;  
ipsomque totum concussum cer-  
nebas libidum livoribus, ac con-  
cissum vulnere super vulnus: auxi-  
liare nobis, ut nunc sic nostra plan-  
gamus facinora, et emplastris pœ-  
nitentiae peccatorum curemus vul-  
nera, ut dum corpus nostrum mor-  
te deformetur, nostra tunc ruti-  
let anima candore innocentiae: qua-  
tenus digni simus frui mellifluis os-  
culis, constringamurque amorosis  
amplexibus super omnia dulcissi-  
mi Filii tui Domini nostri Jesu-  
Christi, qui cum Patre, et Spiritu  
Sancto vivit, et regnat in sœcula  
sœculorum. R. Amen.

℣. Ora pro nobis Sancta Dei  
Genitrix.

R. Ut digni efficiamur promis-  
sionibus Christi.

℣. Requiescamus in pace.

R. Amen.

Te Matrem Dei laudamus, et  
reliqua, ut in Dominica, p. 30.

SABBATO.  
AVE MARIA.

℣. Illumina oculos meos, ne  
unquam obdormiam in morte.

R. Ne quando dicat inimicus  
meus: prævalui adversus eum.

Deus in adjutorium meum in-  
tende.

Domine ad adjuvandum me fes-  
tina. Gloria Patri, etc.

HYMNUS.

Memento rerum Conditor,  
Nostri quod olim corporis  
Sacra ab alvo Virginis  
Nascendo formam sumpseris.

Maria Mater gratiæ,  
Dulcis Parens clementiæ,  
Tu nos ab hoste protege,  
Et mortis hora suscipe.  
Jesu tibi sit gloria,  
Qui natus es de Virgine,  
Cum Patre, et almo Spiritu  
In sempiterna sæcula. Amen.

*Antiph.* Conforta nos.

*Psalm. 130.*

Domina, non est exaltatum cor  
meum: neque sublimati sunt ocu-  
li mei.

Benedixit te Dominus in virtu-  
te sua: qui per te ad nihilum re-  
degit inimicos nostros.

Benedictus sit, qui te à pecca-  
to præservavit: et mundam de ma-  
tris utero te produxit.

Benedictus sit, qui te obumbra-  
vit: et sua gratia te fecundavit.

Benedic nos, Domina, et con-  
forta nos in gratia tua: ut per te

ante conspectum Domini præsen-  
temur.

Gloria Patri, et Filio, etc.

*Antiph.* Conforta nos Domi-  
na, in die mortis: ut per te ante  
conspectum Domini præsentemur.

*Antiph.* Respiremus.

*Psalm. 134.*

Laudate nomen Domini: bene-  
dite nomen Mariæ Matris ejus.

Mariæ precamina freqüentate;  
et suscitabit in vobis voluptates  
sempiternas.

In anima contrita veniamus ad  
illam: et non prævalebit adver-  
sum nos cupiditas peccati.

Qui cogitat de illa in tranqui-  
llitate mentis: invenit dulcorem,  
et requiem pacis.

Respiremus ad illam in fini ac-  
tione nostra: et reserabit nobis  
atria triumphantium.

Gloria Patri, et Filio, etc.

*Antiph.* Respiremus ad Mariam

in die mortis nostræ: et reseravit  
nobis atria triumphantium.

*Antiph.* In quacumque.

*Psalm.* 137.

Confitebor tibi, Domina, in to-  
to corde meo: quia per te ex-  
pertus sum clementiam Jesu-Christi.

Audi, Domina, verba mea, et  
preces meas: et in conspectu An-  
gelorum cantabo tibi laudes.

In quacumque die invocavero  
te, exaudi me: et multiplica vir-  
tutem in anima mea.

Confiteantur tibi omnes Tribus,  
et linguæ; quia per te salus resti-  
tuta est nobis.

Ab omni perturbatione libera  
servos tuos: et fac eos vivere sub  
pace, et protectione tua.

Gloria Patri, et Filio, etc.

*Antiph.* In quacumque die in-  
vocavero te, Domina, exaudi me,  
et multiplica virtutem in anima  
mea.

*Antiph.* Hostis meus.

*Psalm.* 141.

Voce mea ad Dominam clama-  
vi: ipsamque humiliter depreca-  
tus sum.

Effudi in conspectu ejus lacry-  
mas meas: & dolorem meum si-  
bi exposui.

Insidiatur hostis calcaneo meo:  
extendit contra me rete suum.

Adjuva me, Domina, ne cor-  
ruam coram eo: fac ut conteratur  
sub pedibus meis.

Educ de carcere animam  
meam: ut confiteatur tibi, & psal-  
lat Domino Deo fortí in perpe-  
tuum.

Gloria Patri, et Filio, etc.

*Antiph.* Hostis meus insidiatur  
calcaneo meo: adjuva me, Domi-  
na, ne corruam coram eo.

*Antiph.* Cum exierit,

*Psalm.* 145.

Lauda anima mea Dominam:

glorificabo eam quamdiu vixero.

Nolite cessare, à laudibus ejus:  
& per singula momenta recogitate  
illam.

Cum exierit spiritus meus, Do-  
mina sit tibi commendatus: & in  
terra ignota præsta illi ducatum.

Non conturbent eum culpæ  
priùs commissæ: nec inquietent  
ipsum occursus malignantis.

Perduc eum ad portum saluta-  
rem: ubi præstoletur securè ad-  
ventum Redemptoris.

Gloria Patri, et Filio, etc.

*Antiph.* Cum exierit, Domina,  
spiritus meus: sit tibi commenda-  
tus: & in terra ignota præsta illi  
ducatum.

#### PRECES.

℣. Maria Mater gratiæ, Mater  
misericordiæ.

℟. Tu nos ab hoste protege,  
& mortis hora suscipe.

℣. Illumina oculos meos, ne

umquam obdormiam in morte.

℟. Ne quando dicat inimicus  
meus: prævalui ad versum eum.

℣. Salva me ex ore leonis.

℟. Et de manu canis unicam  
meam.

℣. Salvum me fac in tua mi-  
sericordia.

℟. Domina, non confundar,  
quoniam invocavi te.

℣. Ora pro nobis peccatoribus.

℟. Nunc, & in hora mortis  
nostræ. Amen.

℣. Domine exaudi orationem  
meam.

℟. Et clamor meus ad te ve-  
niat.

#### OREMUS.

Propter singultus, & suspiria,  
indicibiliaque lamenta, quibus  
affligeantur intima tua, Virgo  
gloriosissima, quando Filium  
tuum Unigenitum animæ tuæ so-  
latium tibi sublatum, & sepultum

videbas: ad nos exules filios Evæ  
ad te clamantes, & suspirantes in  
hac valle lacrymarum illos tuos  
misericordes oculos converte: &  
Jesum benedictum fructum ven-  
tris tui nobis post hoc exilium os-  
tende, tuisque suffragantibus me-  
ritis Ecclesiasticis fac Sacramentis  
muniri, & fine beato consumma-  
ri æterno Judici tandem miseri-  
corditer presentari. Præstante  
eodem Domino nostro Jesu-Chris-  
to Filio tuo, qui cum Patre, &  
Spiritu Sancto vivit, & regnat in  
sæcula sæculorum.

R). Amen.

V). Ora pro nobis Sancta Dei  
Genitrix.

R). Ut digni efficiamur promis-  
sionibus Christi.

V). Requiescamus in pace.

R). Amen.

Te Matrem, & reliqua, ut in  
Dominica, pag. 30.

*Invitatio Beatae Mariæ Virginis  
ad sui obitum.*

Sacratissima Virgo Maria, in il-  
lo amore, & fidelitate, qua Filius  
tuus in Cruce pendens te Beato  
Joanni commendavit, commendo  
tibi animam, & corpus meum,  
cogitationes, verba, et opera mea,  
vitam, & mortem meam; maximè  
autem illud extremum vitæ meæ  
momentum, à quo pendet æter-  
nitas. Et sicut tu ad beatum  
tuum transitum Filium tuum invi-  
tasti, ita & ego ad transitum meum  
te invito, rogans per amorem il-  
lum, quo Filio tuo morienti astitis-  
ti, perque amaras lacrymas, quas  
fudisti, quando cum inclinato  
capite amarissimè expirantem vi-  
disti, ut et mihi materna benigni-  
tate tua assistere, & nequaquam  
emanere velis, quia sine te nequa-  
quam piè mori me posse confido.

Ne deneges mihi , ó Mater benignissima , petitionem hanc meam , quam ad te devotissimo cordे deponso , quia si sine te moriar , non immerito vereor , ne æternaliter peream . Quomodo enim ego pauperculus , & fragilis nimis in tam multiplicibus , gravissimisque hostiis insultibus subsistam , nisi mihi adfoferis ? Quomodo in destrictissimo illo judicio divino comparebo , nisi te mihi comitem , & advocatam exhibueris ? Quomodo de peccatis meis innumeris , & omnem enormitatem superantibus orationem reddam , nisi tu illa apud Filium tuum excuses , eorumque mihi veniam impetres ? Inclina igitur aurem tuam precibus meis , ó Beatissima , & oh amorem dilectissimi Filii tui in extremis meis mili assiste , ut sub tua protectione gravissimis illis periculis erutus ad cœlestia gaudia

tecum pervenire valeam . Amen . O Felix Maria ! Tu Mater Dei , tu Mater rei , tu Mater Judicis , tu Mater exul : cum sis Mater utriusque filii , ne sinas filium reum damnari per Filium Deum : sed Materna pietate procura , ut filius reus reconcilietur Filio , qui est Deus : & per filium Judicem recipere filium exulē in Patriam . O Felix Maria ! Amen .

Has Quator Sacras Litteras

I. N. R. I.

*Police in fronte scribe , simul ,  
& nomina significata dic : que plu-  
rimum valent contra subitaneam ,  
& improvisam mortem .*

Teste S. Edmundo .

Jesus Nazarenus Rex Judæo-  
rum : Hic titulus triumphalis JE-  
SU CHRISTI Salvatoris mei , præ-

servet me à subitanea , improvisa,  
& mala morte. Amen.

*Beatae Metildis tria Ave profeli-  
ce fine vitæ.*

ALERE FLAMMANT  
**AVE MARIA**, &c.

*Usque ad illa verba.*

Sancta Maria Mater Dei. Sicut  
Deus Pater secundum magnificen-  
tiam omnipotentiæ suæ te super  
omnes creaturex exaltavit, atque  
potentissimam effecit: Ita mihi  
quæso adsis in hora mortis meæ,  
expellendo à me omnem contra-  
riam potestatem.

Ora pro nobis peccatoribus,  
nunc, et in hora mortis nostræ.  
Amen.

**AVE MARIA**, &c.

Sancta Maria Mater Dei: Sicut  
Filius Dei secundum excellentiam  
inscrutabilis sapientiæ tuæ, tanta te

cognitione , et claritate replevit,  
quod præ omnibus Sanctis majo-  
rem Sanctissimæ Trinitatis cogni-  
tionem habeas: Ita in hora mortis  
meæ animam meam cognitione fi-  
dei sic illustres: ne ullo errore,  
vel ignorantia pervertatur.

Ora pro nobis peccatoribus,  
nunc, et in hora mortis nostræ.  
Amen.

**AVE MARIA**, &c.

Sancta Maria Mater Dei: Sicut  
Spiritus Sanctus dulcedinem amo-  
ris sui ita plenè tibi infudit, quod  
post Deum dulcissima , et benig-  
nissima sis; ita in hora mortis dul-  
cedinem amoris divini mihi infun-  
das ex quo mihi omnis amaritudo  
reddatur suavissima.

Ora pro nobis , &c.

**DEO GRATIAS.**

**OFFICIA BREVISSIMA.****OFFICIOUM****IMMACULATAE CONCEPTIONIS****B. V. MARIAE.****AD MATUTINUM.**

Eja mea labia nunc annunciate  
Laudes & præconia Virginis beatæ.

℟. Domina in adjutorium  
meum intende.

℟. Me de manu hostium po-  
tenter defende. Gloria Patri, &c.

**HYMNUS.**

Salve mundi Domina,  
Cælorum Reginæ,  
Salve Virgo Virginum:  
Stella matutina,  
Salve plena gratiæ,

Clara lux divina,  
Mundi in auxilium  
Domina festina.

Ab æterno Dominum

Te præordinavit,

Matrem Unigeniti

Verbi, quo creavit

Terram, pontum, æthera

Te pulchram ornavit

Sibi sponsam, in qua

Adam non peccavit.

℣. Elegit eam Deus, & præ-  
legit eam.

℟. In tabernaculo suo habitare  
fecit eam.

℣. Domina protege orationem  
meam.

℟. Et clamor meus ad te ve-  
niat.

**OREMUS.**

Sancta Maria Reginæ cælorum,  
Mater Domini nostri Jesu Christi,  
& mundi Domina, quæ nullum  
derelinquis & nullum despicias:

respice me, Domina, clementer oculo pietatis, & impetra mihi apud tuum dilectum Filium cunctorum veniam peccatorum, ut qui nunc tuam sanctam & IMMACULATAM Conceptionem devoto affectu recolo, æternæ in futurum beatitudinis bravium capiam, ipso quem Virgo peperisti, donante Domino nostro Jesu Christo, qui cum Patre & sancto Spiritu vivit & regnat in Trinitate perfecta Deus, in sæcula sæculorum. ¶. Amen.

¶. Domina protege orationem meam.

¶. Et clamor meus ad te veniat.

¶. Benedicamus Domino.

¶. Deo gratias.

¶. Fidelium animæ per misericordiam, &c.

#### AD PRIMAM.

¶. Domina in adjutorium meum

intende. ¶. Me de manu hostium potenter defende. Gloria Patri, &c.

#### HYMNUS.

Salve Virgo sapiens,  
Domus Deo dicata,  
Columna septemplici,  
Mensa exornata:  
Ab omni contagio  
Mundi præservata,  
Ante sancta in utero  
Parentis quam nata.

Tu mater viventium,  
Et porta es Sanctorum:  
Nova stella ex Jacob,  
Domina Angelorum,  
Zabulo terribilis,  
Acies castrorum,  
Portus & refugium,  
Sis Christianorum. Amen.

¶. Ipse creavit illam in Spiritu sancto. ¶. Et effudit super illam omnia opera sua.

¶. Domina protege orationem

meam. **r.** Et clamor meus ad te  
veniat.

**Oremus.** Sancta Maria, &c pag. 93.  
**v.** Domina protege orationem,  
&c.

**v.** Benedicamus Domino.

**r.** Deo gratias.

**v.** Fidelium animæ, &c.

AD TERTIAM.

**v.** Domina in adjutorium meum  
intende. **r.** Me de manu hostium  
potenter defende. Gloria Patri, &c.

HYMNUS.

Salve Arca fœderis;

Thronus Salomonis;

Arcus pulcher æteris,

Rubus visionis,

Virga frondens germinis,

Vellus Gedeonis

Porta clausa Numinis

Favnsque Samsonis.

Decebat tam nobilem

Natum præcavere

Ab originali

Labe matris Evæ:

Almam quam elegerat

Genitricem verè,

Nulli prorsus sines

Culpæ subjacere. Amen.

**v.** Ego in altissimis habito.

**r.** Et thronus meus in colum-  
na nubis.

**v.** Domina protege orationem,  
&c.

**Oremus.** Sancta Maria, &c. pag.  
93.

**v.** Domina protege orationem,  
&c.

**v.** Benedicamus Domino.

**r.** Deo gratias.

**v.** Fidelium animæ, &c.

AD SEXTAM.

**v.** Domina in adjutorium  
meum intende. **r.** Me de manu  
hostium potenter defende.

Gloria Patri, &c.

HYMNUS.

Salve Virgo puerpera,

Templum Trinitatis,  
 Angelorum gaudium,  
 Cella puritatis;  
**Solamen mœrentium,**  
 Hortus voluptatis,  
 Palma patientiae,  
 Cedrus castitatis.  
 Terra es benedicta,  
 Et Sacerdotalis;  
 Sancta & immunis,  
 Culpa originalis,  
 Civitas Altissimi,  
 Porta Orientalis,  
 In te est omnis gratia,  
 Virgo singularis. Amen.

℣. Sicut lily inter spinas.  
 ℣. Sic amica mea inter filias  
 Adæ.  
 ℣. Domina protege orationem, &c.  
*Oremus. Sancta Maria, &c. pag. 93.*

AD NONAM.  
 ℣. Domina in adjutorium meum

intende. ℣. Me de manu hostium  
 potenter defende.  
 Gloria Patri, &c.

## HYMNUS.

Salve urbs refugii,  
 Turrisque munita,  
 Davit propugnaculis  
 Armisque insignita,  
 In Concepcione  
 Charitate ignita;  
 Draconis potestas  
 Est a te contrita.  
 O mulier fortis,  
 Et invicta Judith,  
 Pulchra Abigail Virgo  
 Verum foyens David,  
 Rachel curatorem  
 AEgypti gestavit;  
 Salvatorem mundi  
 Maria portavit. Amen.  
 ℣. Tota pulchra es, amica mea.  
 ℣. Et macula originalis num-  
 quam fuit in te.

℣. Domina protege orationem, &c.

Oremus. Sancta Maria, &c. pag. 93.

### AD VESPERAS.

℣. Domina in adjutorium meum intende. ℣. Me de manu hostium potenter defende. Gloria Patri, &c.

### HYMNUS.

Salve horologium

Quo retrograditur

Sol in decem lineis:

Verbum incarnatur,

Homo ut ab inferis

Ad summa attollatur,

Immensus ab Angelis

Paulo minoratur.

Solis hujus radiis,

Maria coruseat;

Consurgens Aurora

In conceptu micat,

Lilium inter spinas,

Quæ serpentis conterat

Caput, pulchra ut Luna,  
Errantes collustrat. Amen.

℣. Ego feci in celis ut oriatur lumen indeficiens.

℟. Et quasi nebula texi omnem terram.

℣. Domina protege orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus. Sancta Maria, &c. pag. 93.

### AD COMPLETORIUM.

Convertat nos Dominus, tuis  
precibus placatus Jesus Christus  
Filius tuus.

℟. Et divertat iram suam a  
nobis.

℣. Domina in adjutorium meum  
intende. ℣. Me de manu hostium  
potenter defende.

Gloria Patri, &c.

### HYMNUS.

Salve Virgo florens,  
Mater illibata,

Regina clementiæ,  
Stellis coronata,  
Super omnes Angelos  
Pura immaculata,  
Atque ad Regis dexteram  
Stans veste deaurata.

¶ Per te Mater gratiæ,  
Dulcis spes reorum,  
Fulgens stella maris,  
Portus Naufragorum,  
Patens cœli janua,  
Salus infirmorum,  
Videamus Regem  
In aula Sanctorum. Amen.

¶. Oleum effusum Maria no-  
mentuum. ¶. Servi tui dilexerunt  
te nimis.

¶. Domina protege orationem  
meam.

¶. Et clamor meus ad te veniat.  
*Oremus.* Sancta Maria &c. pag. 93.  
COMMENDATIO.

Suplices offerimus  
Tibi Virgo pia

Hæc laudum præconia,  
Fac nos, ut in via  
Ducas cursu prospero,  
Et in agonia,  
Tu nobis assiste,  
O dulcis Maria. Amen.

*Ant.* Hæc est Virgo, in qua nec  
macula originalis, nec cortex ac-  
tualis culpæ fuit.

¶. In conceptione tua, Virgo,  
immaculata fuisti.

¶. Ora pro nobis Patrem, cu-  
jus Filium peperisti.

### OREMUS.

Deus, qui per Immaculatam  
Virginis conceptionem dignum  
Filio tuo habitaculum præparasti:  
quæsumus, ut qui ex morte ejus-  
dem filii sui prævisa, eam ob-  
omni labore præservasti, ita nos  
quoque mundos ejus intercessione  
ad te pervenire concedas. Per  
Dominum nostrum. ¶. Amen.

## OFFICIUM

## SACRATISSIMI CORDIS

JESU.



## AD MATUTINUM.

℣. Cor Jesu flagrans amore  
mei, inflamma cor meum amore  
tui. ℣. Amen.

℣. Domine labia mea aperies.  
℟. Et os meum annuntiabit  
laudem tuam.

℣. Deus in adjutorium meum  
intende.

℟. Domine ad adjuvandum me  
festina.

℣. Gloria Patri, et Filio, et  
Spiritui Santo.

℟. Sicut erat in principio, et

nunc, et semper, et in sæcula sæ-  
culturum. Amen. Alleluja.

Post septuagessima: *Laus tibi  
Domine Rex æternæ gloriae.*  
HYMNUS.

Cœlestis aulæ gloria,  
Qui sede lapsus ætheris,  
Cœli triumphos deseris,  
Ut nostra fias hostia.

Jesu voluptas cordium  
Cor ure sacris ignibus,  
Dignis ut orem laudibus  
Cordis tui præconium.

Jesu Patris cor unicum  
Puris amicum mentibus,  
Puris amandum cordibus  
In corde regnes omnium.

*Antiph.* O sacrum cor Jesu, Pa-  
tris voluntati obsequentissimum,  
inclina ad te corda nostra, ut quæ  
placita sunt ei faciamus semper.

℣. Paratum cor meum, Deus  
cordis mei, ut faciam voluntatem  
tuam. ℣. Deus meus volui, et le-

gem tuam in medio cordis tui.

OREMUS.

Respice quæsumus misericordiosissime Deus in cor dilectissimi filii tui, in quo tibi benè complacuisti: ejusquè sacratissimi cordis mœroribus, quos nostri causa pertulit, placatus, concede corde contrito pententibus nostrorum nobis veniam peccatorum: et tanto Christi amore cor nostrum accende, ut ipsius divini cordis affectibus toti incensi secundum cor tuum inveniri mereamur. Per eundem Dominum.

*AD PRIMAM.*

℣. Cor Jesu flagrans amore mei, inflamma cor meum amore tui. ℣. Amen.

℣. Deus in adjutorium etc.

℟. Dñe. ad adjuvandum etc.

℣. Gloria Patri etc.

℟. Sicut erat etc.

HYMNUS.

O Cor amoris victima  
Cœli perenne gaudium,  
Mortalium solatium,  
Mortalium spes ultima.

Tu Trinitatis gloria,  
Jungit tibi se Filius,  
In te quiescit Spiritus,  
In te Patris sunt gaudia.

Jesu, Patris Cor unicum,  
Puris amicum mentibus,  
Puris amandum cordibus,  
In corde regnes omnium.

*Antiph.* O sacrum cor Jesu salutis nostræ sicutientissimum: revocanos prævaricatores ad cor, ut non moriamur in peccatis nostris.

℣. Paratum cor meum Deus etc. ℣. Deus meus volui etc.

*Oremus.* Respice quæsumus misericordiosissime Domine etc. pag. 106.

*AD TERTIAM.*

℣. Cor Jesu flagrans amore

mei, inflamma meum amore tui.

R. Amen.

℣. Deus in adjutorium meum  
etc. R. Domine ect.

R. Gloria Patri, et Filio etc.

### HYMNUS.

Te sole puro purius  
Verbi Dei sacrarium  
Verbi Dei palatium,  
Templumquè Cœlo dignius.

Tu digna sedes numine  
Fœcunda virtus flaminis  
Illapsa in alvum Virginis  
Puro creavit sanguine.

Jesu Patris cor unicum  
Puris amicum mentibus,  
Puris amandum cordibus  
In corde regnes omnium.

*Antiph.* O sacrum Cor Jesu pu-  
ritatis exemplum perfectissimum,  
fac nos esse mundos corde ut se-  
cundum cor tuum inveniri merea-  
mur.

℣. Paratum cor meum etc.

R. Deus cordis mei etc.

Oremus. Respice quæsumus mis-  
ericordiosissime etc. pag. 106.

### AD SEXTAM.

℣. Cor Jesu flagrans amore  
mei, inflamma cor meum amore  
tui. R. Amen.

℣. Deus in adjutorium etc.

R. Dñe. ad adjuyandum etc.

℣. Gloria Patri etc.

### HYMNUS.

Cor dulce, cor amabile,  
Amore nostri languidum,  
Amore nostri saucium  
Fac sis mihi placabile.

Vindex reis irascitur  
Deus, sed ut te respicit,  
Placatus iras abjicit,  
Et fulmen obliviscitur.

Jesu, Patris cor unicum,  
Puris amicum mentibus,  
Puris amandum cordibus

In corde regnes omnium.

*Antiph.* O sacrum Cor Jesu,  
hostibus tuis mitissimum , exultet  
pax tua in corde nostro , ut per-  
sequentibus , et calumniantibus  
nos remittamus de cordibus nos-  
tris.

ŷ. Paratum cor meum etc.

r. Deus meus volui etc.

*Oremus.* Respice quæsumus misericordiosissime Deus etc. pag. 106.

#### AD NONAM.

ŷ. Cor Jesu flagrans amore  
mei, inflamma meum amore tui.

r. Amen.

ŷ. Deus in adjutorium meum  
intende.

r. Dñe. ad adjuvandum etc.

ŷ. Gloria Patri etc.

r. Sicut erat etc.

#### HYMNUS.

Grandi reclusum vulnere

Amor dedit te pervium,  
Amor reclusit ostium,  
Hortatur et pervadere.

Quos abluisti sanguine  
Venis apertis omnibus,  
Nos intimis recersibus  
Semel receptos contine.

Jesu Patris cor unicum,  
Puris amicum mentibus,  
Puris amandum cordibus  
In corde regnes omnium.

*Antiph.* O sacram cor Jesu amo-  
ris patientissimum , da nobis cor  
contritum , et humiliatum , ut  
fructus dignos pœnitentiæ facia-  
mus.

ŷ. Paratum cor meum etc.

r. Deus meus volui &c.

*Oremus.* Respice quæsumus misericordiosissime Deus etc. pag. 106.

#### AD VESPERAS.

ŷ. Cor Jesu flagrans amore

mei, inflamma meum amore tui.

R. Amen.

Y. Deus in adjutorium etc.

R. Dñe ad adjuvandum etc.

Y. Gloria Patri etc.

R. Sicut erat etc.

### HYMNUS.

**Novo Deus mysterio**

Carnem suam dat pabulum,

Et sanguinem dat poculum

Mirabili convivio.

Quem proni adorant Angeli,

Hic temperato numine

Sub mistico velamine

Fit esca vilis servuli.

Jesu Patris cor unicum,

Puris amicum mentibus,

Puris amandum cordibus

In corde regnes omnium.

*Antiph.* O sacrum Cor Jesu,  
paupertatis amantissimum, pone  
nos ut signaculum super te: ut in  
te unico thesauro nostro, totum  
sit cor nostrum.

Y. Paratum cor meum Deus&c.

R. Deus meus volui etc.

*Oremus.* Respice quæsumus misericordiosissime Deus etc. pag. 106.

### AD COMPLETORIUM.

Y. Cor Jesu flagrans amore  
mei, inflamma meum amore tui.

R. Amen.

Y. Deus in adjutorium meum  
etc.

R. Domine ad adjuvandum  
me festina etc.

Y. Gloria Patri etc.

R. Sicut erat in principio etc.

### HYMNUS.

Cor Matris ad cor filii

Amoris ardens impetu

Indesinente anhelitu

Suspirat oblitum sui.

Utrumque amoris vinculum

Conjungit arctis nexibus:

Hoc ardet hujus ignibus

Ignemque reddit æmulum.

*Antiph.* O sacrum cor Jesu  
amantibus te beneficentissimum,  
deficiat in te caro nostra , et cor  
nostrum , ut sis Deus cordis no-  
stri , et pars nostra , Deus in æter-  
num.

¶. Paratum Cor meum etc.

¶. Deus meus volui etc.

*Oremus.* Respice quæsumus mi-  
sericordiosissime Deus etc. pag.  
106.

---

## OFFICIUM

DULCISSIMI, AC MELLIFLUI  
CORDIS

B. V. MARIAE.

AD MATUTINUM.

¶. Cor Mariæ immaculatum,  
¶. Amore Jesu, quo ardes,

inflamma cor nostrum.

¶. Domine labia mea aperies.

¶. Et os meum annuntiabit lau-  
dem tuam.

¶. Deus in adjutorium meum  
intende.

¶. Domine ad adjuvandum  
me festina.

¶. Gloria Patri, et Filio et  
Spiritui Sancto.

¶. Sicut erat &c.

### HYMNUS.

Jesu , Mariæ gloria,  
Miranda Cordis Virginis  
Cor intonat præconia  
Nostris adesto canticis.

Quid Corde Matris Virginis

Cani potest suavius?

Quid Corde Matris Virginis

Cani potest augustius?

Per Cor Matris purissimum,

Templum Dei dignissimum,

Jesu tibi sit gloria,

In sempiterna sæcula. Amen.

*Antiph.* Ego diligentes me diligo: et, qui mane vigilant ad me, invenient me. Mecum sunt divitiae, et gloria, opes superbæ, et justitia, ut ditem diligentes me, et thesanros eorum repleam.

℣. Cor Mariæ, amore Jesu ardentissimum.

℟. Amore, quo ardes, accende cor nostrum.

*Oratio.* Clementissime Deus, qui ad peccatorum salutem, et misericordiarum perfugium, Cor immaculatum Mariæ divino Cordi Filii ejus Jesu Christi charitate, et misericordias in illum esse voluisti; concede, ut qui hujus dulcissimi, et amantissimi Cordis memoriam agimus, ejus intercessione, ac meritis, secundum Cor Jesu inveniri mereamur. Per cumdem Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, qui tecum vivit, et

regnat in sæcula sæculorum. Amen.

*AD PRIMAM.*

℣. Cor Mariæ immaculatum.  
℟. Amore Jesu, quo ardes, inflamma cor nostrum.

℣. Deus in adjutorium, etc.

*HYMNUS.*

Cor labis expers patriæ,  
Cor labis expers propriæ,  
Fons puritatis integræ,  
Omnisque sedes gratiæ.

Te candidata lilia,  
Nardus, rosæque fulciunt,  
Te mala Cœli dulcia  
Amore languens ambiant.

Per Cor Matris purissimum,  
Templum Dei dignissimum,  
Jesu tibi sit gloria,  
In sempiterna sæcula. Amen.

*Antiph.* Beatus homo, qui audit me, et qui vigilat ad fores meas quotidie, et observat ad pos-

tes ostii mei, qui me invenerit,  
inveniet vitam, et hauriet salutem  
à Domino.

℣. Cor Mariæ doloris gladio  
transfixum.

℟. Divino dolore tuo translige  
cor nostrum.

*Oratio.* Clementissime Deus,  
etc. pag. 116.

#### AD TERTIAM.

℣. Cor Mariæ immaculatum,  
℟. Amore Jesu, quo ardes,  
inflamma cor nostrum.

℣. Deus in adjutorium, etc.  
℟. Domine ad adjuvandum,  
etc.

#### HYMNUS.

Cor, Aula Regum principis,  
Dignum Dei sacrarium,  
Arca superni foederis  
Altare pacis aureum.  
Tu fons perennis gratiæ,

Spes, et salus clientibus,  
Tu sinus indulgentiæ,  
Portusque naufragantibus.

Per Cor Matris purissimum,  
Templum Dei dignissimum,  
Jesu tibi sit gloria,  
In sempiterna sœcula. Amen.

*Antiph.* Transite ad me omnes,  
qui concupiscitis me; et à gene-  
rationibus meis implemini. Spir-  
itus meus super mel dulcis, et ha-  
reditas mea super mel, et favum.

℣. Cor Mariæ dulcissimum,  
℟. Divina dolcedine tua per-  
funde cor nostrum.

*Oratio.* Clementissime Deus,  
etc. pag. 116.

#### AD SEXTAM.

℣. Cor Mariæ immaculatum,  
℟. Amore Jesu, quo ardes,  
inflamma cor nostrum.  
℣. Deus in adjutorium, etc.

## HYMNUS.

Cor melle dulci dulcius,  
Cœleste manna proferens,  
Cor sole puro purius,  
Incomprehensa continens.

Tu sanctitatis formula,  
Vitæ Dei compendium,  
Cordis fidelis regula,  
Jesu cubile floridum.

Per Cor Matris purissimum,  
Templum Dei dignissimum,  
Jesu tibi sit gloria,  
In sempiterna sœcula. Amen.

*Antiph.* Qui audit me non confundetur, et qui operantur in me, non peccabunt: qui eluidant me, vitam æternam habebunt.

¶. Cor Mariæ purissimum, humillimum, mitissimum.

¶. Corda nostra purissima, humillima, mitissima redde.

*Oratio.* Clementissime Deus, etc. pag. 116.

## AD NONAM.

¶. Cor Mariæ immaculatum.  
¶. Amore Jesu, quo ardes,  
inflamma cor nostrum.  
¶. Deus in adjutorium, etc.

## HYMNUS.

Cor Matris ardentissimum,  
Jucunda spes mortalium,  
Pax nostra, vita, gaudium,  
Dulcedo, lux, solatium.

Syodus micans amantium,  
Sol esto, duxque mentium,  
Fornax amoris, omnium  
Accende flamas cordium.

Per Cor Matris purissimum,  
Templum Dei dignissimum,  
Jesu tibi sit gloria,  
In sempiterna sœcula. Amen.

*Antiph.* Pone me, ut signaculum, super Cor tuum, ut signaculum super brachium tuum, quia fortis est ut mors dilectio.

℣. Cor Mariæ pro peccatis  
nostris afflictissimum.

℟. Divina afflictione tua trans-  
fuge cor nostrum.

*Oratio.* Clementissime Deus,  
etc. pag. 116.

*AD VESPERAS.*

℣. Cor Mariæ immaculatum.

℟. Amore Jesu, quo ardes  
inflamma cor nostrum.

℣. Deus in adjutorium, &c.

*HYMNUS.*

Quam sancta Matris viscera !

Quam sancta sunt et ubera !

Regale sed Cor omnibus

Miraculis præstantius.

Ave Cor admirabile,

Thesaurus orbis, omnia

Collata nobis cælitus

Servans Dei mysteria.

Per Cor Matris purissimum,

Templum Dei dignissimum,

Jesu tibi sit gloria,  
In sempiterna sæcula. Amen.

*Antiph.* O Maria Mater ama-  
bilis, beatam te dicent omnes ge-  
nerationes; quia respexit Deus  
humilitatem Cordis tui, et inven-  
nit ipsum secundum Cor suum.

℣. Cor Mariæ Cordi Jesu simi-  
limum,

℟. Fac cor nostrum sicut Cor  
Jesu.

*Oratio.* Clementissime Deus,  
etc. pag. 116.

*AD COMPLETORIUM.*

℣. Cor Mariæ immaculatum.

℟. Amore Jesu, quo ardes;  
inflamma cor nostrum.

℣. Deus in adjutorium, etc.

℟. Domine ad adjuvandum,  
etc.

Gloria Patri, etc.

*HYMNUS.*

Dei Parentis optimæ

**Cor , oh , precamur , impetres ,**  
**Quo tu flagrasti maxime ,**  
**Nostris amorem cordibus .**

**Hoc fontis Evæ filios**  
**Nunc , Virgo , Corde protege ;**  
**Hoc et tuos jam filios**  
**Mortis sub horam suscipe .**

**Per Cor Matris purissimum ,**  
**Templum Dei dignissimum ,**  
**Jesu tibi sit gloria ,**  
**In sempiterna sæcula . Amen .**

**Antiph.** O Mater admirabilis ,  
 magnificent te omnes gentes , et  
 virtutes fidelissimi Cordis cui lau-  
 dent in æternum omnes populi .

**¶.** Cor Mariæ virtutum om-  
 nium exemplar ,

**¶.** Cordibus nostris virtutum  
 omnium amorem infunde .

**Oratio.** Clementissime Deus ,  
 etc. pag. 116.

## OFFICIUM

S. PATRIARCHÆ JOSEPHI ,

*Sponsi. B. M. V.*



### AD MATUTINUM.

**JESUS , MARIA , JOSEPH ,**  
*sint benedicti in æternum .*

**¶.** Domine labia mea aperies .  
**¶.** Et os meum annuntiabit  
 laudem tuam .

**¶.** Deus in adjutorium meum  
 intende .

**¶.** Domine ad adjuvandum me  
 festina . Gloria Patri etc. Sicut  
 erat , etc.

### HYMNUS.

Joseph stirpe regia , de Davide

UNIVERSIDAD NACIONAL DE COLOMBIA  
 DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

natus, Virgini Deiparæ Sanctæ desponsatus. Jesu Christi Domini Pater nuncupatus, Custos Matri cœlitus, Filiòque datus.

*Antiph.* Salve Patriarcharum Decus, Ecclesiæ Sanctæ Lumen, S. Joseph fidelis et prudens Servus, quem constituit Dominus super Familiam suam, super Filium et Matrem Dei, Jesum et Mariam.

℣. Ora pro nobis S. Joseph.

℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi,

*Oremus.* Sanctissimæ Genitricis tuæ Sponsi, quæsumus Domine, meritis adjuvemur; ut quod possibilitas nostra non obtinet, ejus nobis intercessione donetur. Qui vivis et regnas cum Deo Patre, in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

## AD PRIMAM.

JESUS, MARIA, JOSEPH,  
*sint benedicti in æternum.*

℣. Deus in adjutorium etc.

℟. Domine ad adjuvandum etc.  
Gloria Patri et Filio etc.

## HYMNUS.

Cum prægnantem Conjugem, anxius videres; et an illam deseris, dubius hæreres, Angelus te monuit, nihil ut timeres, gravidamque cœlitus Sponsam retineres.

*Antiph.* Salve Patriarcharum etc.

℣. Ora pro nobis etc.

*Oremus.* Sanctissime Genitr. etc.

## AD TERTIAM.

JESUS, MARIA, JOSEPH,  
*sint benedicti in æternum.*

℣. Deus in adjutorium etc.

℟. Domine ad adjuvandum etc.  
℣. Gloria Patri etc.

¶. Sicut erat etc.

## HYMNUS.

Iveras in Bethlehem, censem  
soluturus, cum prægnante Virgi-  
ne, ubi nasciturus verus Dei Fi-  
lius, quem adoraturus eras in  
præsepio et amplexaturus.

*Antiph.* Salve Patriarcharum etc.

¶. Ora pro nobis etc.

*Oremus.* Sanctissimæ Genitr. etc.

## AD SEXTAM.

JESUS, MARIA, JOSEPH,  
*sint benedicti in æternum.*

¶. Deus in adjutorium etc.

¶. Domine ad adjuvandum etc.

¶. Gloria Patri etc.

¶. Sicut erat, etc.

## HYMNUS.

Cum Herodes impius Parvulos  
necaret, tibi Cœli Nuncius in som-  
nis appareret, monens, ut cum Pue-

ro, Mater quem lactaret, in Ægyptum fugias, dum te revocaret.

*Antiph.* Salve Patriarcharum etc.

¶. Ora pro nobis etc.

*Oremus.* Sanctissimæ Genitr. etc.

## AD NONAM.

JESUS, MARIA, JOSEPH,  
*sint benedicti in æternum.*

¶. Deus in adjutorium etc.

¶. Domine ad adjuvandum etc.

¶. Gloria Patri etc.

¶. Sicut erat etc.

## HYMNUS.

Hostibus demortuis, inde reces-  
isti; revocante Angelo, latus re-  
düsti, Matrem atque Filium te-  
cum reduxisti, cum illis in Naza-  
reth humilis vixisti.

*Antiph.* Salve Patriarcharum etc.

¶. Ora pro nobis etc.

*Oremus.* Sanctissimæ Genitr. etc.

## AD VESPERAS.

JESUS , MARIA , JOSEPH,  
*sint benedicti in æternum.*

- ℣. Deus in adjutorium etc.  
 ℣. Domine ad adjuvandum etc.  
 ℣. Gloria Patri etc.  
 ℣. Sicut erat etc.

## HYMNUS.

Duodennem Jesum dolens per-  
 didisti ? et cum mœsta Conjuge  
 mœstus quæsivisti, in Templo post  
 triduum illum reperisti ? o quām  
 magnis gaudiis plenus tunc fuisti!

- Antiph.* Salve Patriarcharum etc.  
 ℣. Ora pro nobis etc.

*Oremus.* Sanctissimæ Genitr. etc.

## AD COMPLETORIUM.

JESUS , MARIA , JOSEPH,  
*sint benedicti in æternum.*

- ℣. Converte nos Deus saluta-  
 ris noster.

℟. Et averte iram tuam à no-  
 bis.

- ℣. Deus in adjutorium , etc.  
 ℣. Domine ad adjuvandum etc.  
 ℣. Gloria Patri etc.  
 ℣. Sicut erat etc.

## HYMNUS.

O Te felicissimum , quem in  
 agonia præsens consolatus est Jesus  
 et Maria , dum efflares animam,  
 et directa via tenderes ad Abra-  
 ham , functus vita pia.

*Antiph.* Salve Patriarcharum  
 etc.

- ℣. Ora pro nobis etc.

*Oremus.* Sanctissimæ Genitr. etc.

*Commendatio.* Sancte Joseph , op-  
 time Pater et Patrona , dictas pre-  
 ces suscipe cum devotione ; et ab  
 omni protege nos tentatione ; ad-  
 sis nobis maxime mortis in agone.  
 Amen.

## OFFICIUM

S. ANGELI CUSTODIS.

ALERE FLAMMAM  
VERITATIS

## AD MATUTINUM.

Angele Sancte Dei, qui custos es mei; ora pro me, custodi et defende me hodie, et semper, et in hora mortis meæ, Amen.

℣. Domine labia mea aperies.

℟. Et os meum annuntiabit laudem tuam.

℣. Deus in adjutorium etc.

℟. Gloria Patri etc.

## HYMNUS.

Novo lucis exordio, o custos mi dulcissime; cæcam mentis caliginem tuo splendore discute: et

me divina monita benignus semper edoce.

*Antiph.* Angele mi Sancte Custos, defende me in prelio, ut non percram in tremendo judicio. Aidsis mihi semper, et ab omni malo custodi me.

℣. Angelis suis Deus mandavit de te.

℟. Ut custodiant te in omnibus viis tuis.

*Oremus.* Deus, qui ineffabili Providentia Sanctos Angelos tuos ad nostram custodiam mittere dignaris: largire supplicibus tuis, et eorum semper protectione defendi, et aeterna societate gaudere. Per Dominum nostrum etc.

## AD PRIMAM.

Angele Sancte Dei etc.

℣. Deus in adjutorium etc.

℟. Gloria Patri etc.

## HYMNUS.

Meas preces , et lacrymas fidus  
è Cœlo Nuncius, quamvis indig-  
nas, excipe , et Summo Patri tra-  
dito ; culpisque meis debitas sup-  
plex pœnas avertito.

*Antiph.* Angele mi etc.

℣. Angelis suis etc.

*Oremus.* Deus , qui etc.

## AD TERTIAM.

Angele Sancte Dei etc.

℣. Deus in adjutorium etc.

℣. Gloria Patri etc.

## HYMNUS.

Afflictum clementissime favore  
tuo recrea , ad virtutis officia se-  
misopitum excita ; cum sancto  
mens in opere nutarit , promptus  
adjuva.

*Antiph.* Angele mi etc.

℣. Angelis suis etc.  
*Oremus.* Deus qui etc.

## AD SEXTAM.

Angele Sancte Dei etc.

℣. Deus in adjutorium etc.

℣. Gloria Patri etc.

## HYMNUS.

Dissolve mentis glaciem , fran-  
ge cordis duritiem , peccati oppres-  
sum onere , præsenti manu suble-  
va. A Cœli errantem semita , ab  
Cœli viam revoca.

*Antiph.* Angele mi etc.

℣. Angelis suis etc.

*Oremus.* Deus , qui etc.

## AD NONAM.

Angele Sancte Dei etc.

℣. Deus in adjutorium etc.

℣. Gloria Patri etc.

## HYMNUS.

Invicta tua dextera confunde  
vires Dæmonis; Carnis retunde  
fomitem, mundi frange superbiam:  
ut tuo sub præsidio victor  
ab hoste redeam.

*Antiph.* Angele mi etc.

℣. Angelis suis etc.

*Oremus.* Deus, qui etc.

## AD VESPERAS.

Angele Sancte Dei etc.

℣. Deus in adjutorium etc.

℣. Gloria Patri etc.

## HYMNUS,

Flagello pigrum excita, et re-  
luctantem increpa; vitæ labentis  
terminum in mentem sæpe revo-  
ca, in vitæ brevi spatio solertia-  
rem facito.

*Antiph.* Angele mi etc.

℣. Angelis suis etc.

*Oremus.* Deus, qui etc.

## AD COMPLETORIUM.

Angele Sancte Dei etc.

℣. Converte nos Deus saluta-  
ris noster.

℟. Et averte iram tuam à no-  
bis.

℣. Deus in adjutorium etc.

℟. Gloria Patri etc.

## HYMNUS.

In pugna mortis ultima adsis  
mihi fortissime; peracta demum  
fragili vita, Ductor amabilis, me  
protinus æthereis infer benignè  
sedibus.

*Antiph.* Angele mi etc.

℣. Angelis suis etc.

*Oremus.* Deus, qui etc.

*Commendatio.* Has horas Ange-  
licas, tui ratione dixi, Custos Ange-  
le, cum devotione: rogo, me custo-  
dias in tentatione, ac præsertim  
ultimo mortis in agone. Amen.

## OFFICIUM

DE S. JOANNE NEPOMUCENO.

Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus  
Deus Sabaoth, pleni sunt coeli et terra  
gloria tua.

## AD MATUTINUM.

- ℣. Domine labia mea aperies.
- ℟. Et os meum annuntiabit laudem tuam.
- ℣. Deus in adjutorium meum intende.
- ℟. Domine ad adjuvandum me festina.  
Gloria Patri et Filio, et Spiritui Sancto etc.

*Hymnus. Salve Sidus Bohemorum!*

Tuae gemma Patriae,  
Animaque arcanorum  
Custos integrerrime.

Ut te digne invocare

Lingua mea valeam,  
Velis, oro, commodare  
Tuam labis nesciam.

Aequa Patri, Filioque

Laus, et adoratio,

Procedenti ab utroque

Compar sit laudatio.

℣. Domine ne elongayeris auxilium  
tuum à me.

℣. Ad defensionem meam conspice.

*Oremus. Deus, cui soli debetur omnis  
honor et gloria, per gloriosa merita S.  
Martyris tui Joannis Nepomuceni te  
suppliciter exoro, ut omnem infamiam et  
confusionem publicam, undecunque mihi  
impudentem, misericorditer avertere  
digneris: et concedere, sic uti honore  
temporali, ut aeternam confusionem eva-  
dere, et in coelesti gloria merear collocari.  
Per Dominum nostrum Jesum Christum  
Filium tuum, qui ab aeterna confusione,  
ignominiosa morte Crucis, nos redemit, et  
nunc tecum vivit et regnat Deus in saecula  
saeculorum. Amen.*

## AD PRIMAM.

- ℣. Deus in adjutorium meum inten-  
de, etc.

Gloria Patri, et Filio etc.

*Hymnus. Ut Praecursor Christi, natus*

Trono prolis sterili;

Et quod mundo sis donatus,

Debes Matri Virgini.

Indicavit tantam prolem

Jubas lucidissimum.

Da, virtutum luce probem

Me Mariae filium.

Aequa Patri Filioque

Laus, et adoratio,

Procedenti ab utroque  
Compar sit laudatio.

℣. Ad te Domine levavi animam meam.  
℟. Deus meus in te confido, non erubescam.

*Oremus.* Deus, cui soli debetur etc.  
pag. 139.

**AD TERTIAM**

℣. Deus in adjutorium meum intende, etc.

*Gloria Patri, et Filio, etc.*

*Hymnus.* O quam sancta Juventutis  
Prima erant studia!

Quam preclara tum Virtutis  
Dabas jam praeludia!

Nummi inauguratorus  
Vix Sacerdos fueras,  
Quantus zelus! quis conatus  
Convertendi animas!

Aequa Patri, Filioque  
Laus, et adoratio,

Procedenti ab utroque  
Compar sit laudatio.

℣. Custodi animam meam, et erue me.  
℟. Non erubescam, quoniam speravi  
in te.

*Oremus.* Deus, cui soli etc. pag. 139.

**AD SEXTAM.**

℣. Deus in adjutorium meum intende, etc.

*Gloria Patri et Filio. etc.*

*Hymnus.* Ut Joannes, totus amor,  
Tutus eras gratia,  
Ut Baptista, totus Terror,  
Detonans in sclera.

Poenitentes te colebant,  
Ut silentiarum  
Pauperes in te habebant  
Eleemosynarium.

Aequa Patri, Filioque  
Laus, et adoratio,  
Procedenti ab utroque  
Compar sit laudatio.

℣. Suscipe me Domine secundum  
eloquium tuum.

℟. Et non confundas me ab expecta-  
tione mea.

*Oremus.* Deus, cui soli etc. pag. 139.

**AD NONAM.**

℣. Deus in adjutorium meum inten-  
de, etc.

*Gloria Patri, et Filio, etc.*

*Hymnus.* Brevi sed persecutores  
Sensit tanta Sanctitas;  
Sensit Regios furores  
Tua taciturnitas.

Da, Patrone Peccatorum!

Pater Poenitentium!

Ne me perdat delictorum

Noxiūm silentium.

Aequa Patri, Filiōque  
Laus, et adoratio,  
Procedenti ab utroque  
Compar sit laudatio.

v. In te Domine speravi, non confundar in aeternum.

r. In justitia tua libera me.

Oremus. Deus, cui soli etc. pag. 139.

### AD VESPERAS.

v. Deus in adjutorium meum intende, etc.

Gloria Patri, et Filio, etc.

Hymnus. Cum Baptista moriendo,  
Vitam-das et sanguinem,  
Hunc Loquendo, te Silendo  
Lingua fecit Martyrem.

Hic Herodem, tu Tyrannum  
Wenceslaum senseras,  
Sed furorem tam insanum  
Vicit major sanctitas.

Aequa Patri, Filiōque  
Laus, et adoratio,  
Procedenti ab utroque  
Compar sit laudatio.

v. Intende animae meae, et libera eam.

r. Propter inimicos meos eripe me.

Oremus. Deus qui soli etc. pag. 139.

### AD COMPLETORIUM.

v. Converte nos Deus salutaris noster.  
r. Et averte iram tuam a nobis.  
v. Deus in adjutorium meum intende, etc.

Gloria Patri, et Filio, etc.

Hymnus. Frustra undis tumulavit,  
Tuam Rex memoriam;  
Coelum stellis indicavit  
Tam illustrem gloriam.

Nunc Patronus alienae  
Famae potens coleris;  
Lingua, quam id praestes benè,  
Incorrupta loqueris.

Aequa Patri, Filiōque  
Laus, et adoratio,  
Procedenti ab utroque  
Compar sit laudatio.

v. Domine non confundar.  
r. Quoniam invocavi te.

Oremus. Deus, cui soli etc. pag. 139.  
Commendatio. Suscipe, quas tibi laudes  
Lingua mea obtulit;  
Et confunde Linguae fraudes;  
Fac ne mihi noxae sit.  
Da ut oculis divinis  
Vitae tenor placeat;  
Ut me felix vitae finis  
Coelo tandem inferat.

## INDEX.

	PAG.
<i>De Cultu B. V. Mariæ.</i> . . . . .	3
<i>Piissima erga Deigenitricem</i> <i>devotio</i>	
<i>Pro Dominica.</i> . . . . .	13
<i>Pro Feria II.</i> . . . . .	38
<i>Pro Feria III.</i> . . . . .	47
<i>Pro Feria IV.</i> . . . . .	55
<i>Pro Feria V.</i> . . . . .	63
<i>Pro Feria VI.</i> . . . . .	71
<i>Pro Sabbato.</i> . . . . .	79
 <i>Officia brevissima</i>	
<i>Immaculatæ Conceptionis B.</i>	
<i>V. Mariæ.</i> . . . . .	92
 <i>Sacratissimi Cordis Jesu.</i> . . . . .	104
 <i>Dulcissimi Cordis B. V. Ma-</i>	
<i>riæ.</i> . . . . .	114
<i>S. Patriarchæ Josephi.</i> . . . . .	125
<i>S. Angeli Custodis.</i> . . . . .	132
<i>S. Joannis Nepomuceni Mar-</i>	
<i>tyris.</i> . . . . .	138

AN  
F  
I  
D

AUTÓ  
DE NUEV

00